

morem pœnæ. Initialis est cum quis ad Deum convertitur, propter timorem tum pœnæ, tum culpe, sed principaliter culpe. Filialis vero timor est, cum quis ad Deum convertitur propter timorem culpe solius, prout opponitur Deo summe dilecto. num. 13. 15. 19. Timor mundanus turpis est, & pravus. Timor initialis non distinguitur quoad substantiam a filiali, sed se habet ut via ad ipsum; & sicut imperfectum ad perfectum: quare quidquid dicitur de filiali, applicatur etiam initiali, proportionem servata. num. 17. Timor filialis seu castus bonus est, & laudabilis. num. 18. Servilis secundum suam essentiam consideratus, seu secundum servilitatem objectivam desumptam ex pœna, quam respicit ut objectum, & ex ejus horrore vitat culpam, sive pœna timeatur ut principale malum, sive non, est bonus, & honestus; ideoque actus, quo quis ex horrore inferni vitat culpam, est bonus & laudabilis. Qui enim ex timore inferni vitat culpam, non præfert positive pœnam culpæ, sed pure præcise se habet; nec comparat illas inter se, sed ab hoc præscindit, & tantum ponit motivum ex se honestum. & sufficiens ad culpam fugiendam. n. 18. 21. 26. Servilitas subiectiva, hoc est status peccati in eliciente actus timoris servilis, non reddit ipsum actum turpem, & malum. n. 27. *Donum Spiritus Sancti est habitus quidam supernaturalis, quo homo disponitur, ut sit prompte mobilis a Spiritu Sancto.* n. 45. Solutus timor filialis est donum Spiritus Sancti, ex quo sequitur excludi timorem servilem, non vero initialem, cum non sit essentialiter a filiali distinctus sed tantum secundum statum, sicut Charitas perfecta, & imperfecta. num. 47. Datur præceptum divinum speciale de timore filiali, & servili. Quando autem obliget; videantur dicta de præcepto Spei. Raro invenietur adeo depravatus, qui pluries saltem ob timorem inferni peccare non omittat, doleatque de commissis. num. 49.

39. Desperatio est voluntas efficax, qua

peccator abijcit salutem æternam, ex divina misericordia consequendam. num. 50. Est peccatum mortale gravissimum. Tract. 21. c. 5. n. 51. Aliquando conjungitur cum hæresi, aliquando non. num. 52. Oritur ex luxuria, & accidia, & ex hac specialius. num. 53. *Præsumptio est inordinata confidentia in divina misericordia.* Per præsumptionem enim confidit peccator consequi vitam æternam sine meritis. Est peccatum mortale, sed minus grave quam desperatio. Licet possit excusari a mortali ex defectu deliberationis; non tamen ex parvitate materiæ. num. 55. Raro est sine hæresi: quando autem non involvit hæresim, non desinitur Spei, licet sit contra præceptum Spei. n. 57.

CAPUT III.

De Charitate, & vitiis oppositis.

S. I.

De essentia, & objecto Charitatis, & de ejus præcepto.

40. *Charitas est virtus, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum, & in Deo.* Tract. 21. cap. 6. n. 1. Datur præceptum Charitatis divinum tum affirmativum, tum negativum: istud ne unquam Deum odio habeamus; illud ut actus Charitatis aliquando eliciamus. nu. 2. 3. Præceptum affirmativum Charitatis per se obligat, cum homo pervenit ad usum rationis, qui tunc censetur compleri, cum cognoscit lamine naturali, sibi conveniens esse adherere Deo per amorem. num. 8. Item per se obligat saltem semel in anno, & in articulo mortis. Obligat hoc præceptum per se ad amorem Dei explicatum, tam ut est finis, & Author supernaturalis, quam naturalis. num. 11. Obligat vero per accidens, in casu gravis tentationis odii Dei; & cum quæxi-

existens in peccato mortali administratur est, vel suscepturus Sacramenta, nec habet copiam Confessarii; & quando imminet periculum transgrediendi alia præcepta, nisi Charitatis actu se muniat. Ejus omisio, quando est obligatio per accidens, non est peccatum speciale distinctum ab eo, quod sequitur ex ommissione. n. 13. 15.

41. Datur speciale præceptum diligendi proximum, tum per actus internos, & formales, tum per externos. Tract. 21. cap. 6. num. 16. Hoc præceptum obligat per se saltem semel in anno, & cum proximus est in extrema necessitate, sive spirituali, sive temporali. Ideoque ex hoc præcepto tenemur in tali necessitate ministrare Sacramenta, dare consilium, præbere auxilium, avertere damnum &c. cum sine equali, aut majore damno nostro id facere possumus. num. 17. Tenemur etiam ex hoc præcepto diligere inimicos in omni casu in quo urget præceptum dilectionis proximi. Inimico petenti veniam tenemur signa dilectionis ostendere; & odium contra illum, appetitumque private vindictæ deponere: non tamen tenemur vindictam, seu pœnam a iudice inflingendam condonare. Non licet inimicis malum sub ratione mali desiderare; bene vero sub ratione boni, & non ex odio, ut alibi dicitur. num. 18.

42. Tenetur quilibet signa communia dilectionis inimico ostendere; signa vero particularia non sunt de præcepto, sed tantum de consilio. Quare non potest inimicus excludi ab oratione, beneficio, vel opere pro communitate factis. At non tenetur quis eum speciali amore prosequi, hospitio recipere, familiariter tractare, egrotum visitare, nisi sit pater, mater, frater &c.; vel nisi ex tali ommissione sequatur scandalum: vel ex tali signo dilectionis probabiliter speretur salus spiritualis, vel corporalis illius. Tract. 21. cap. 6. nu. 19. Quilibet tenetur resalutare inimicum, eum vero salutare regulariter non tenemur; salutatio enim est signum spe-

cialis dilectionis, cum non omnes occurrentes salutemus. At si ex ommissione sequatur scandalum: ut si inimicus esset Prælati, vel esset simul cum aliis, quos eo excepto salutaret, peccaret mortaliter contra præceptum Charitatis; nam præberet fundamentum iudicandi, se ex odio id facere. num. 20. 21. Læsus sufficienter obviiat scandalo, si manifestet se paratum esse ad salutandum, & colloquendum; qui enim injuriam irrogavit, primus ad salutandum, & colloquendum esse debet. Verum quia ut in plurimum unusquisque se innoxium esse putat, uterque cogendus est ad mutuum colloquium, & salutationem. n. 22.

43. Illicitum est succurrere proximo in bonis spiritualibus cum spirituali proprio detrimento; ideoque non licet committere quodcumque vel veniale peccatum, pro totius mundi salute, & conversione. Tract. 21. cap. 6. num. 24. Potest quilibet ob salutem spirituales, vel etiam corporales proximi se privare bonis spiritualibus non necessariis ad Beatitudinem consequendam, & ad quæ acquirenda non tenetur, ut sunt augmentum Gratiæ, status Religiosus &c. num. 26. Licitum est ob gravem, honestamque causam, v. g. ob salutem spirituales proximi se exponere probabili periculo peccandi; nec non & tale periculum non delerere: immo si salus spiritualis proximi necessario periclitetur, tua vero tantum contingenter, non solum potes, sed etiam teneris tali periculo te exponere. Periculo tamen proximo peccandi, etiam ob salutem spirituales proximi, nunquam se exponere licet. num. 27. 28. Si adit in Parocho necessitas audiendi confessiones, feminarum, ubi id aliis committere non possit: vel in medico necessitas medendi feminæ, ubi alius medicus non addit; licebit utrique peccandi periculo se exponere, præmuniendo se oratione, & firmo proposito non committendi; quia in tali casu, ita operans non amat periculum, sed ex necessitate in illud se conjicit; & in

taliter se præmuniente cessat, si quod erat periculum proximum, remotumque dici debet, quod remanet. Tract. 10. disp. 10. n. 148.

44. Ex præcepto Charitatis tenetur quilibet, etiam cum periculo vitæ subvenire proximo in extrema necessitate spirituali constituto. Tract. 21. cap. 6. num. 29. Quod si vita, vel bona succurrentis sint necessaria bono communi Ecclesiæ, vel Republicæ; tunc non debet ea exponere pro salute spirituali proximi, sed conservare pro bono communi. Similiter quando qui subvenire posset, sit in peccato mortali, & difficilima sit ei contritio; non debet propriam vitam exponere pro spirituali proximi salute: quia cum sint ambo in eodem spirituali discrimine, propriam spiritualem salutem præponere debet alterius spirituali salutem. Quando quis, si ve mentis compos, si ve impositus in vadit occidendum, tunc potes illum occidere, licet eum in peccato mortali decedere timeas; illa enim alterius necessitas, non est extrema sed voluntaria, cum possit se ab ea liberare desistendo ab invasione. num. 30. Tenetur quilibet, etiam cum periculo vitæ defendere proximi dormientis vitam, si sciat eum esse in peccato mortali, & moraliter credat ab eo per contritionem, aut confessionem liberandum. Similiter si infans Christianorum filius non baptizatus, est in periculo mortis, tenetur quilibet etiam cum periculo vitæ propria, si alius non adit, qui eum baptizet, ipsum baptizare. Obstetrix quoque, quæ plures infantes invalide baptizavit, tenetur etiam cum periculo vitæ damnum reparare, & si opus est, se iudici manifestare. Item tenetur quilibet Confessarius, etiam cum periculo vitæ absente Parocho, vel quilibet alius Sacerdos, deficiente Confessario approbato, audire confessionem moribundi, de quo moraliter præsumitur, ob aliquam pravam consuetudinem esse in peccato mortali, etiam cum periculo vitæ propria, quia est in extrema necessitate spirituali. num. 31. Quando necessitas

spiritualis est gravis, sed non extrema illi solum tenentur cum periculo vitæ, famæ, aut facultatum succurrere, quibus ratione officii, vel stipendii incumbit; secus alii. At si communitas gravi spirituali necessitate laboret, tenetur quilibet etiam cum periculo vitæ, famæ, vel facultatum subvenire, si alter provideri non possit. num. 32. 33. Præcepto Charitatis tenetur quilibet succurrere proximo, in extrema vel gravi necessitate corporali constituto, si id fieri possit cum levi incommodo succurrentis. In æquali tui, & Republicæ, aut Principis necessitate, teneris vitam & bona fortunæ, pro eorum conservatione exponere. num. 35. Nullus tenetur ex præcepto Charitatis, cum periculo vitæ, succurrere proximo exillenti in æquali periculo, aut si succurrere nequeat, sine gravi periculo vitæ propria. num. 36. Ex vero motivo alicuius virtutis, licitum est pro conservanda vita, & bonis proximi, vitam propriam certo periculo exponere; secus si desit tale motivum. n. 38.

45. In dilectione proximi alius alio præferendus est. Ordo servandus in dilectione proximi, extra casum extreme necessitatis, obligat tantum sub veniali. In dilectione parentes, omnibus aliis etiam benefactoribus insignibus, sunt præferendi in æquali necessitate. In amore objectivo pater præferendus est matri, uxor filiis, filii cæteris cognatis: at in amore intensivo, præferenda est uxor filiis, filii patri, pater matri. Coniuncti in primo gradu, præferendi sunt, in æquali necessitate, amicis, & benefactoribus egregiis, tam spiritualibus quam corporalibus. Quoad alios vero gradus potest talis esse ad benefactorem obligatio, quod iste præferendus sit in amore propinquis. Consanguinei, etiam minus Sancti, præferendi sunt extraneis etiam sanctioribus: Consanguinei coniunctiores minus coniunctis: & hi affinitibus: Sancti peccatoribus; fideles infidelibus; benefactores non benefactoribus; amici inimicis; concives extraneis. Tract. 21. cap. 6. nu. 39. 40.

f. II.

S. II.

De elemosina, & correptione fraterna.

46. Elemosina est opus, quo datur a liquid indigenti, ex compassione propter Deum. Sicut duplex est proximi miseria: alia corporalis, alia spiritualis: Sic & elemosina, corporalis scilicet, & spiritualis. Harum utraque plures habet actus, qui communiter vocantur opera misericordie; his duobus versiculis comprehensa: *Visto, cibo, polo, redimo, te-go, colligo, condo. Confute, castiga, solare, remitte, ser, ora.* Tract. 21. cap. 7. nu. 1. 2. Extat præceptum de elemosina, cuius transgressio ex genere suo est peccatum mortale. num. 3. Triplex est necessitas corporalis: alia extrema, alia gravis, alia communis. Extrema est, quando proximus est in probabili, aut mortaliter certo periculo vitæ; carceris perpetui, mutilationis, aut infirmitatis incurabilis. Gravis est, quæ hominem constituit in gravi periculo subitandi notabile damnus in corpore, honore, vita, statu, aut re temporalis. Communis est quam communiter pauperes, & abjectæ conditionis homines patiuntur, cui occurrere per se valent, media sollicitudine, & labore. Bona temporalia alia sunt necessaria ad propriam, suorumque sustentationem, & statum decenter conservandum; alia vero non, ideoque superflua dicuntur. n. 4.

47. Ex præcepto Charitatis tenetur quilibet, in extrema, aut quasi extrema necessitate constituto, dare elemosinam, non solum ex superfluis, sed etiam ex necessariis ad proprium statum decenter conservandum, non vero ex necessariis ad vitæ propria vel suorum conservationem. Tract. 21. cap. 7. num. 5. 6. Necessitas extrema duplex est: alia absoluta, alia respectiva. Absoluta est cum quis taliter indiget aliqua re, quod nec ibi, nec alibi; nec in re, nec in spe moraliter certa habeat, quod pro ea reddere possit: respectiva vero est, quando hic & nunc extreme indigens, alibi

habet, vel spem moraliter certam habendi in futuro, ex hæreditate, donatione, industria &c. quod reddere possit. Quando proximus est in extrema necessitate absoluta, non satisfacit præcepto, qui ei dat sub mutuo, vel alio onere id, quo indiget: bene vero, si sit in extrema necessitate respectiva. num. 9. 13. Ex præcepto tenentur omnes de superfluis ad statum dare elemosinam, non solum in extrema, sed etiam in gravi necessitate existenti. Non sunt tamen superflua dicenda, quæ reservantur ad dotes filiarum, necessitates morborum, famis, & bellorum &c. quæ probabiliter timeantur; bene vero quæ reservantur ad altiorem statum sibi comparandum, vel ad altiorem dignitatem consequendam. num. 12. 16. In communibus pauperum necessitatibus tenentur divites, ex superfluis elemosinas facere; non tamen necesse est omne superfluum erogare, sed potest aliquid in alios pios usus reservari; & satis est quod singuli ex superfluis aliquid clarigantur, sic enim communibus necessitatibus sufficienter subvenitur. num. 18.

48. Omnes, & soli illi seculares, qui bonorum suorum dominium, & plenam administrationem habent, possunt extra extremam necessitatem elemosinas facere. Tract. 21. cap. 7. num. 19. Omnes Ecclesiastici etiam Episcopi, & Summus Pontifex tenentur ex bonis Ecclesiasticis omne superfluum, id est quod superest suæ congruæ sustentationi, pauperibus largiri: De bonis vero patrimonialibus, aut quasi patrimonialibus eodem modo obligantur ac seculares. num. 23. 24. Etiam Prælati Religionum tenentur ex superfluis Monasterii elemosinas facere: Subditi vero, non nisi de licentia Prælati, elemosinas facere possunt. num. 25. 26. Iudex compellere potest subditos ad faciendam elemosinam cum ex præcepto illam facere tenentur. n. 27. Elemosina ex propriis bonis faciendâ est: At si propria non habeantur, & proximus sit in extrema necessitate, ei ex alienis sibi venire licebit.

bit. Non tamen licet furari ad subveniendum proximo, vel sibi in gravi necessitate. num. 28. Ex acquiritis. furto, usura &c. si res extet in sua specie, & Dominus notus sit, elemosina erogari non potest: Acquisita vero pro turpi, & illicito actu possunt pauperibus erogari. num. 29.

49. Elemosina solis indigentibus faciendâ est, sive iustis, sive iniustis; sive amicis, sive inimicis; sive vivis, sive defunctis, iis exceptis, quos evidentibus conjecturis cognovimus, posse sibi victum labore comparare absque decore. Potius tenemur succurrere vivis constitutis in extrema, vel gravi necessitate, quam defunctis, propter spirituale periculum, quod inest vivis. Tract. 21. cap. 7. num. 31. Fictus pauper, elemosinam largam accipiens mortaliter peccat; probabilis tamen est, ad restitutionem non teneri, nisi in casu, quo se fingeret aliquem Magnatem sua sede expulsum; Prælatum &c., & ob id elemosinam valde magnam acciperet: vel nisi constaret dantem non intendisse elargiri, nisi sit vere pauper. Tunc autem restitui deberet, vel danti, vel veris pauperibus. num. 33. 34.

50. In Tridentino Sess. 21. cap. 9. prohibentur quæsores elemosinarum, qui prædicando, Indulgentias publicando, campanulam pulsando, aliave signa afferendo ad terrendos homines, pecuniamque extorquendum; & ad Episcopos spectat illos examinare, & permittere, vel prohibere. Licet tamen fideles, vel locis piis, si talia non fiant, sine Episcopi licentia elemosinas querere. Tract. 21. cap. 7. num. 35. Regulares mendicantes nequeunt ab Episcopis impediri, ne elemosinas pro suis conventibus querant, ubi conventus habent: si vero in aliena Diocesi querere velint, suorum superiorum licentiam Ordinario ostendere tenentur. num. 36. Nequeunt Regulares mendicantes ab aliis mendicantibus quantumvis privilegiatis impediri, & neque ab ipsis Parochiis, qui nondum suas primitias collegerunt. num. 37. Carmelitæ exalcea-

ti a nullo, quacumque dignitate fulgente, impediri possunt, ne elemosinas querant, & contrafacientes sunt ipso facto excommunicati, & Inquisitoribus denunciandi. Ex Bulla Clem. X. 3. Martii 1674. num. 38. 40. 41.

51. *Correptio fraterna est adus Charitatis, quo monendo, hortando, sive reprehendendo, fratris emendatio queritur; esse cum effectu non sequatur.* Datur divinum & naturale præceptum de correptione fraterna, omnes obligans sub mortali ex genere suo. Tract. 21. cap. 7. num. 43. Materia hujus præcepti sunt peccata mortalia. num. 45. Omnes, ex vi hujus præcepti, tenentur sub veniali corrigere peccata venialia habitualia, non vero ea quæ ex fragilitate oriuntur. num. 46. Magistratus, & Judices seculares non tenentur per se loquendo corrigere peccata venialia, bene vero per accidens; ut si v. g. ex aliquibus venialibus pax perturbaretur. Prælati Regulares, si disciplina regularis notabiliter negligatur, & observantia per leves transgressiones labefactetur, tenentur sub mortali tales defectus corrigere, & idem dicendum de aliis superioribus Ecclesiasticis. num. 47. Peccata ex ignorantia invincibili commissa si sint contra jus naturæ, corrigenda sunt: si vero contra jus positivum, soli Prælati, Magistri, & Confessarii ad ea corrigenda tenentur. Si vero ignorantia sit culpabilis, omnes ad correptionem tenentur. Peccatum præteritum omnino emendatum, non est materia correptionis; bene vero in probabiliori sententia si non sit emendatum. Correptio semper fieri debet, servatis prudentiæ regulis; ita ut si prudentia dicit, hic & nunc correptionem fieri non debere; quia ex illa profectus proximi non speratur, vel quia majus nocumentum inducet, ommittatur. num. 49. 50. 52.

52. Etiam subditi tenentur corrigere superiores; at ut hæc correptio sit adus virtutis, debet fieri secreto, cum mansuetudine, prudentia, & reverentia, & non ab infimis, sed per digniores, & Prælo proximos. Tract. 21. cap. 7. num. 54. Ad correptionem fratram,

tenetur etiam peccator, dummodo non sit publicus. Quare concionator aut Ecclesiasticus iudex in peccato corripiens, si ex hoc non sequatur scandalum, non peccat mortaliter: quod si peccato suo scandalum præbeat, & proximus sit in extrema necessitate correptionis fratrem, tenetur scandalum auferre, emendationem saltem externam, ut per correptionem proximo subvenire possit. num. 55. 56. Concionatores tenentur corrigere publica delicta: superiores vero, & Ecclesiasticos non nisi cum in Fide aberrant, & alios a Fide avertunt, vel moribus notabiliter scandalizant, corrigere audeant. num. 57. Prælati tenentur ex iustitia corrigere subditos: Parentes filios: Maritus uxorem: Dominus servos: Magister discipulos: Tutor pupillum: Curator minorem: Parocus suas oves: & Confessarii penitentes. num. 58. Prælati in ordine ad correptionem fratram tenentur vitam, mores, & delicta suorum subditorum prudenter, & cum discretione inquirere vel per zelatores idoneos, vel per se ipsos visitando loca ubi subditi delinquere solent. Attamen semper illicitum est Prælati per media extraordinaria subditis insidiari; nec debent esse nimis suspiciosi, & exactores. num. 61. Ad omnes personas etiam infideles extendi debet correptio fraterna, omnes enim quoad fieri potest lucrari debemus. num. 62.

53. Ad hoc ut obliget præceptum correptionis fratrem tres condiciones requiruntur. 1. Quod proximus sit in gravi necessitate spirituali. Secunda, quod possit absque tuo gravi incommodo ei succurrere. Tertia, quod fructus ex tali correptione speretur. Tempore opportuno correptio faciendâ est: quod si alius æque idoneus paratus sit ad corripiendum, ipse a correptione excusari. num. 63. Quoad secundam conditionem videantur dicta. Tract. 21. cap. 7. num. 44. juxta quæ intelligendâ est. Ideoque si proximus sit in extrema necessitate spirituali correptionis fratrem, ad eam, supposita spe fructus, tenemur etiam cum periculo vitæ juxta illud D. Augustini lib.

de mendacio. Temporalem vitam suam, pro æterna vita proximi non dubitabit Christianus amittere. num. 64. Quoad tertiam conditionem, certum est quod si nulla datur spes emendationis, non obligat præceptum fratrem correptionis. Debet autem talis spes correptionis esse saltem probabilis, & non requiritur certa. Quare nisi certus sis, aut dubites an correptio nocitura sit, eam omittere non debes. Nomine autem nocumentum, intelligendum est novum peccatum, aut major obstinatio. Juxta tenendam D. D. sententiam, in dubio aequali fructus vel nocumentum, non obligat præceptum correptionis fratrem. Si vero dubitetur an profutura sit, vel non profutura, non tamen creditur nocitura, obligat ejus præceptum; nam etiam ægroto applicandâ est medicina dubia, quæ non creditur nocumentum allatura. n. 65. 66. 67.

54. In correptione fraterna hic ordo servandus est, ex præcepto Christi Domini. Primo, quod delinquens secreto corripiatur. Secundo, si monitio secreta non prodest, corripiatur coram testibus etiam ipsi delictum ignorent. Tertio, si hæc non proficit, denunciatur Prælo. Quod si Prælatum non audierit, per penas Ecclesiasticas cogendus est. Tract. 21. cap. 7. num. 68. 69. Quia tamen hoc præceptum est affirmativum, licet aliquando incipere a secundo, vel etiam cæteris omissis, a tertio gradu juxta distantem prudentiæ, & circumstantias occurrentes. num. 71. Si probabiliter scio, mea secreta monitione delinquentem æque bene emendandum, ac si corriperem coram testibus, vel Prælo deferrem, teneo secretam monitionem adhibere, & si illam omitto, pecco contra Charitatem, & iustitiam, & famam illi restituiere teneor; sic etiam, si Prælo denunciaui, quando coram testibus correptus emendaretur. Peccat etiam mortaliter Prælatus localis, crimen subditi ad Provinciale deferens, quando per semetipsum corripiens emendare possit. num. 73. Ordo correptionis fratrem servandus

dus est, etiam si credatur Prælatum melius correpturum delinquentem. Prælatus ex denunciatione ei facta ut Patri nequit judicialiter procedere, nec punire pœnis statutis a jure, nec aliquid facere, ex quo fama subditi detrimentum patiat. Quod si delictum vergat in damnum commune, jubere poterit de latiori, ut omnia denunciatione paterna ad judicialem procedat. nu. 84. Quamvis unusquisque possit cedere licite juri correptionis fraternæ; tamen alii ipsum corripere tenentur juxta ordinem ab ipso Christo Domino præscriptum. num. 88. Ordo correptionis fraternæ servandus est in omnibus delictis oculatis, quæ cedunt in damnum solius peccantis; secus vero in aliis, quæ aut notoria, & publica sunt, aut cedunt in damnum tertii, vel in damnum commune Religionis, Reipublicæ, aut Communitatis. Delictum notorium, seu publicum triplex est: Notorium factum, quod scilicet in præsentia multorum committitur, aut taliter quod facile ad multorum notitiam pervenire potest; notorium fama, quod ad notitiam majoris partis civitatis, vel communitatis pervenit; & notorium jure, quod scilicet per sententiam judicis notum factum est. n. 92.

55. Peccata alia sunt in damnum solius peccantis, ut ebrietas, fornicatio &c. alia in damnum tertii, ut furtum, homicidium, detractio &c. alia in damnum commune, ut falsificatio monetæ, proditio civitatis &c., & omnia delicta Religiosorum cum scandalo secularium, vel proximo scandali periculo. Tract. 21. cap. 7. n. 93. Igitur in omnibus delictis occultis quæ cedunt in damnum solius peccantis, etiam si per duos, vel tres testes probari possint, servandus est ordo correptionis fraternæ: secus in reliquis; hæc enim, omnia correptione fraterna, denuncianda sunt, nisi quis firmiter crederet, per secretam monitionem se posse statim talia impedire. Quare quia in delictis ad Tribunal Inquisitionis spectantibus, in proditione civitatis, & simili- bus numquam potest concipi firma spes

emendationis; & evitacionis malorum, hæc semper, omnia correptione fraterna, denuncianda sunt. num. 92. &c. Peccatum carnis exterior in Religio non est ex se contra bonum commune, bene vero per accidens, ut si sit in Religio in materia castitatis parum cauto, & de incontinentia suspecto, & de quo prudenter præsumatur, non semel tantum ex fragilitate, aut oblata occasione deliquisse, sed iterato & ex electione, & malitia. num. 101. Denunciari debent superiori, ut judici, delicta, quæ minantur grave damnum bono communi, aut innocenti, licet sint occulta, & probari non possint, quando certa spes non adest, hæc damna alia via impediendi. n. 104.

§. III.

De vitis Charitati oppositis.

56. Vitia Charitati opposita sunt decem: Odium Dei, & proximi, accidia, invidia, discordia, contentio, schisma, bellum, rixa, seditio, & scandalum. Odium Dei aliud est generale, quod reperitur in omni peccato; aliud speciale, expressum, & formaliter ac directe oppositum dilectioni Dei; & hoc constituit determinatam speciem peccati. Odium Dei formale est aversio a Deo, qua depravata voluntas illum detestatur, in quantum peccatorum prohibitor, & penarum instigator. Tract. 21. cap. 8. num. 1. Duplex est: aliud abominationis, optando Deum non esse: aliud inimicitie, ut cum quis ex tali abominatione optat Deo aliquod malum. Est peccatum omnium gravissimum, & nec potest esse veniale ex parvitate materiæ. nu. 2. Odium proximi est formalis malevolentia, qua expresse proximo malum optamus. Est peccatum mortale ex genere suo; potest tamen esse veniale ex parvitate materiæ; sicut & ex imperfecta deliberatione. num. 3. Distinguitur specie ab odio Dei. num. 4. Odia proximi non distinguuntur specificè moraliter ex diversitate malorum, quæ pro-

xi-

ximo exoptantur; bene vero ex diversitate propiorum, quas quis odio habet, quando ex tali diversitate trahitur actus ad speciem v.g. impietatis, sacrilegii &c. n. 6. 7.

57. Accidia dupliciter sumi potest: primo generaliter, & sic definitur: quod sit. Tristitia de bono spirituali. Secundo specialiter: & sic est tristitia de bono divino, de quo gaudet Charitas: quod consistit in amicitia inter Deum, & hominem. Tristitia autem de rebus spiritualibus v.g. de jejunio, consiliis Evangelicis, &c. propter molestiam & laborem, est tantum accidia generalis, & reducit ad illam speciem peccati, cujus est commissio illius boni de quo tristatur; & sic aliquando est veniale, aliquando vero mortale: at accidia specialiter dicta nequit esse peccatum veniale ex parvitate materiæ. Est capitale peccatum, & post odium Dei est omnium gravissimum. Eius filie sunt. Desperatio, pusillanimitas, torpor circa præcepta, rancor, malitia, & evagatio circa illicita. Tract. 21. cap. 8. n. 8.

58. Invidia est tristitia de bono alterius existimato, ut malo proprio, in quantum est diminutorum propriæ gloriæ; vel excellentiæ. Pro cujus intelligentia notandum est; quod tristari de bono alterius in quantum ex eo timetur nocumentum sibi vel alii futurum, non est invidia, nec peccatum, sed timor. Tristari de bono alterius, non quia illud habet alter, sed quia sibi deest, non est invidia sed zelus, aut æmulatio quæ si sit circa spiritualia, bona est; si sit circa temporalia est indifferens ad bonum & malum. Tristari de bono temporali alterius, in quantum est eo indignus, indicat inordinatam æstimationem rerum temporalium. Igitur sola tristitia in definitione assignata constituit speciale peccatum invidiæ, quod est capitale, & mortale ex genere suo; potest tamen esse veniale, tum ex defectu consensuum, tum ex parvitate materiæ, quando de illa ut formaliter parva quis tristatur. Ex invidia nascuntur odium, furfuratio, detractio, exultatio in adversis proxi-

mi, & afflictio in prosperis illius. Tract. 21. cap. 8. num. 9. 10. Duplex est specie invidia: alia qua quis tristatur de bonis spiritualibus proximi, & appellatur invidia fraternæ gratiæ, alia qua quis tristatur de bonis illius temporalibus. n. 11.

59. Discordia est cordium divisio, & dissensio voluntatum a bono divino, & proximi, in quo debent convenire. Est ex genere suo peccatum mortale; potest autem esse veniale ex defectu deliberationis, vel parvitate materiæ. Tract. 21. cap. 8. num. 12. Contentio est concervatio verborum inordinata ad impugnantiam veritatem. Quare dum quis veritatem agnoscens eam impugnat, mortaliter peccat, nisi fit exercitii gratia, & sine periculo contumeliæ, gravis confusio, vel tristitia proximi. num. 13. Schisma est ab unitate Ecclesiæ voluntaria separatio. Omnis hæreticus est etiam schismaticus. Schismaticus Metaphysice loquendo potest esse sine hæresi, sed moraliter loquendo omnes schismatici sunt etiam hæretici; ne sine causa ab Ecclesiâ recessisse videantur. Est peccatum gravissimum, & nunquam potest esse veniale ex parvitate materiæ. Pœnæ contra schismaticos lætæ sunt: excommunicatio Bullæ cœnæ: privatio Ordinis quoad licitam administrationem, & jurisdictionis: inhabilitas ad beneficia in posterum obtinenda: suspensio Ordinis a schismatico scienter recepti: irritatio beneficiorum a schismaticis collatorum: suspensio vehementis de hæresi: & subiectio judici Ecclesiastico quoad punitionem. n. 14.

60. Bellum est dissidium quoddam inter Principes ad pugnam ordinatum, multitudine armata. Ut bellum sit iustum, & consequenter licitum tria requiruntur. Et primo, auctoritas Principis: secundo iusta causa: Tertio, reata bellantium intentio; scilicet ut fiat ad bonum promovendum, vel malum vitandum; tum qua conditione continetur quod absit crudelitas, sævitas, devastatio, & Religionis irreverentia. Tract. 21. cap. 8. num. 16. Bellum defensivum cuque licet,

I 2

ecet, bellum vero offensivum soli Principes supremi, vel Republicæ in temporalibus nullum superiorem agnoscentes, indicare possunt. Principes vero non supremi, & Republicæ imperfectæ non nisi ex consuetudine legitime præscripta, vel urgente necessitate, ex voluntate supremi præsumpta. num. 18. Iusta causa est defensionis propria, aut innocentis: vindicare iniuriam acceptam: recuperatio honorum ab alio iniuste possessorum: violatio fœderis in re magni momenti: occupatio civitatis alicujus: subditorum rebellio publica in Principem: aut in subditos contumelia: Si Principi denegatur quod jure naturali, vel gentium debetur: si præbetur auxilium moventibus sibi bellum iniustum. Primæ tres ab omnibus admittuntur. num. 19. Nullus superius Princeps potest alteri bellum inferre cum sola opinione probabili. num. 22. Prædictæ probabilius est, non posse Principem cum opinione etiam probabiliore quod Provincia, vel Regnum ad se pertineat, possidenti bellum inferre. num. 26. Lites inter Principes supremos de jure alicujus Provincie vel Regni decidende sunt ab ipso Regni Senatu, vel ab Arbitris electis. numer. 28. Milites subditi inferentis bellum, vel exteri stipendiari, tum tempore belli, tum pacis præsumere debent bellum esse iustum, quousque eis contrarium non constet, alii vero nequeunt militare, nisi prius moraliter certi sint de belli iustitia. n. 29. 30.

61. Quidquid sit, an confederatio cum gentilibus, vel hæreticis contra Principes Catholicos in bello iusto sit vel non speculative licita; prædictæ tamen nunquam licita est, sed gravissime peccant, tum Procures consulentes, tum Principes tales fœderis ineuntes. Traçt. 21. cap. 8. num. 35. Licet tamen est Principibus Catholicis, qui in suis Regnis admixtos habent hæreticos subditos, eis uti in bello. Potest Pontifex prohibere subditos ne Christiani bella gerant, aut sedes ineant cum hæreticis, aut ab his supersedeant, quando sic expedire cognoverit pro bono communi Religionis Catholi-

cæ. num. 38. Omnibus Clericis, & Religiosis propria manu, etiam in bello iusto, illicitum est bellare, vel Ducis, aut præpositi machinarum munus obire: quoad clericos tamen sæculares in minoribus tantum constitutos non erit nisi veniale. num. 40. Quando autem adeo necessitas se, suosque defendendi, & a fortiori quando bonum commune Fidei, vel Patriæ in gravi periculo reperitur, non solum bellare possunt, sed etiam tenentur, & tunc nullam incurrent irregularitatem. num. 41. Captivis Christianis non licet, etiam metu mortis cogantur, proprie militare contra Christianos, directe aggrediendo, vel dirigendo prælium, gubernando naves, vel machinas militares, aut bellica tormenta explodendo. Bene tamen iis licitum erit, ob metum mortis remigare, portare onera, scalas apponere, sulphur porrigere &c. secus si cognoscant quod ab his cessando Christiani magnam victoriam sint consecuturi. nu. 42.

62. Peccant duces & milites, qui contra voluntatem Principis excedentes præscriptum ejus, damna inferunt non necessaria ad ipsum bellum, & intentam victoriam; & ad restitutionem tenentur. Si tamen deprædatio prohibeatur, non in gratiam hostium, sed ne milites evagentur, tunc ad restitutionem non tenentur. Traçt. 21. cap. 8. num. 43. Innocentes, parva victoria, directe occidere illicitum est; indirecte vero, quando scilicet nocentibus ita permixti sunt, ut sine illorum occasione victoria consequi nequeat, occidi poterunt. num. 44. Bello capti (exceptis Christianis, & hæreticis,) in servitutem redigi possunt. num. 45. Peccant Reges contra iustitiam si stipendia militibus subtrahant: Duces si pecuniam accipiant, ne in hoc vel illo loco milites ponant ad hospitandum: si plures milites repræsentent, ut eorum stipendia lucrarentur. Peccant milites si castra, vel locum sibi commissum deserant: si tene locum periculo vitæ se exponant; si eos apud quos hospitantur, supra id quod sibi debetur gravent: si ultra stipendium aliquid accipiant, & tenentur ad restitu-

ta.

tionem. Non est illicitum in bello uti fragemmatibus, & infidiis, dummodo nihil fiat contra jura belli, & datum fidem. num. 46. Bellare diebus festis ex necessitate licitum est; sine necessitate vero erit tantum peccatum veniale. n. 47.

63. Rixa est quedam contradictio in factis, usque ad percussionem. Ex genere suo est peccatum mortale ex parte aggressoris: poterit tamen esse veniale ex parvitate materiæ, ut accidere solet in rixis puerorum. Ex parte vero se defendentis cum moderamine inculpatae tutelæ nullum est peccatum; si vero graviter excedatur, erit peccatum mortale. Traçt. 21. cap. 8. num. 48. De bello agerit traçt. 5. cap. 2. f. 1. Seditio est tumultus ad pugnam, unius partis Reip. ad aliam; (si enim sit contra Principem est rebellio, quæ reducitur ad schisma.) Est ex genere suo peccatum mortale. Cause seditiosis solent esse: rigida, & gravis exactio tributorum: penuria victus; ministrorum nimius rigor, & injustitia: & in exercitiis alimentorum, & stipendiorum defectus. num. 49.

64. Scandalum est duplex: activum, & passivum. Scandalum activum est directum, vel factum minus rectum prebens occasionem ruine spiritualis. Scandalum passivum est ipsa ruina ejus qui scandalizatur, occasione accepta ex dicto, vel facto alterius: quod si ruina malitia quis ruat, dicitur scandalum Pharisæorum, qui ex propria malitia scandalizabantur de operibus Christi: si vero ruina oriantur ex propria infirmitate, & ignorantia dicitur scandalum pusillorum; ut si quis ex licito foraminum ornatu labatur. Scandalum activum aliud est per se, aliud per accidens. Per se activum, est quando expresse aut implicite, quis suo inordinato dicto vel facto alium trahere intendit ad peccatum: per accidens, est quando quis nullo modo volens alterius peccatum, sed suæ tantum voluntati indulgere, peccat in occulto, & per accidens ab aliquibus videtur, qui

inde scandalizantur. Hoc autem scandalum activum per accidens non est speciale peccatum distinctum in confessione aperiendum. Traçt. 21. c. 8. n. 50. Scandalum activum per se tripliciter contingere potest. primo directe, & omnino formaliter, cum videlicet alicujus dictum, vel factum procredit ex voluntate, & intentione expressa ruine spiritualis alterius: secundo directe sed non formaliter; quando nimirum quis intendit quod ter; quando nimirum quis non ut est ruina spiritualis illius, sed propter propriam delectationem: Tertio indirecte, ut cum probabiliter credo, prævidio, aut prævidere teneor quod alius ex dicto, vel facto meo sumet occasionem ruine spiritualis. Quolibet ex his tribus modis contingat, est speciale peccatum mortale in confessione necessario explicandum. In peccato scandalis activi per se, explicari debet in confessione numerus personarum, quas quis suo dicto, vel facto induxit ad peccandum; & etiam earum conditio, quousque hæc peccato addit novam malitiam speciem. Traçt. 24. disp. 8. n. 158. 160. Ad scandalum ergo activum per se indirectum satis est velle directe id quod ex se, attentis persona, & circumstantiis est induktivum ad peccatum; aut quod prævideatur, vel prævideri debeat, quod ex tali dicto vel facto ruina spiritualis proximi moraliter secutura sit, licet de facto ratione virtutis, aut depravate vitæ videndum non sequatur. Traçt. 21. cap. 8. num. 50. 52. Qui furando, alium suo exemplo inducit ad furtum, dum peccata furti solo numero distincta committit, scilicet a se commisit, & ab alio ejus inductione patrat; & insuper committit peccatum scandalis specie distinctum; non tamen tenetur ad restitutionem pro damno ab altero illato, quia non est furti causa moralis, quando non adest inductio directa, & positiva, sed tantum occasio, ratione pravi exempli. n. 56. 57.

65. Scandali non est reus, qui parato committere grave peccatum statet levius, dummodo alia via non possit eum

eum a graviore peccato divertere; & qui peccare vult, sit paratus etiam minus committere; si enim paratus esset committere tantum adulterium, non potes ei suadere fornicationem. Tract. 21. cap. 8. num. 58. Mulier decenter secundum suum statum se ornans, & sic in publicum prodians, non peccat peccato scandalum, licet sciat se turpiter ab aliquo amandam, dummodo id non intendat; quia non tenetur sua se libertate privare. Verum si commode possit abstinere a conspectu illius, a quo scit se turpiter amari, tenetur id facere. Si ornatus sit meretricius, vel excedens suum statum, & consuetudinem Patriæ, & ob eum sciat se turpiter amari, vel amandam ab aliquo, tenetur sub mortali ab eo ornatu abstinere. num. 59. 60. Mulieres nuda peçora, & mamillas offendentes, si ita se habeat consuetudo Patriæ, peccant tantum venialiter contra modestiam; si vero non adsit talis consuetudo, peccant mortaliter, quia insolita magis movent, & excitant. n. 61. Non est per se illicitum sceminis uti veste virili, & e contra; unde si absit scandalum aut libidinis periculum, peccatum non est ex sola curiositate, vel levitate eis uti. Idem dicendum etiam de choreis, inter personas quoque diversi sexus, si modeste ducantur. nu. 62. Pingens amasio concubinam, peccat mortaliter peccato scandalum, nisi metus gravis excuset. Pingens nudam Venerem, aut alias obscenas imagines peccat mortaliter peccato scandalum: idemque dicendum de eas publice exponentibus. Si tamen imago non sit totaliter nuda, & pudenda occultentur, non erit mortale eas pingere, vel sculperere ad ornamentationem artis, & ad ornatum conferre. num. 63. 64. Licitum est vendere, aut locare vestes meretricibus & usurariis. n. 65.

66. Non licet famulis ministrare dominis suis in iis, quæ sunt determinata ad venerea; ut invitare concubinam ad copulam cum hero, eam illi quaerere, &c. bene vero in iis quæ sunt ex se indifferentia, ut cibos parare, mensæ

ministrare, lectum sternere, concubinam ornare, &c. etiam si sciant herum, iis obsequiis abusurum; si ex parte famulorum absit pravus finis, & iusta causa non desit. Tract. 21. cap. 8. num. 66. Literas solum urbanitatis verba, nihilque turpe continentis licet famulis ex iuxta causa ad amasiam, seu concubinam deferre, vel iussu domini scribere. num. 67. Omnino tamen illicitum est, & intrinsece malum internuncia verba turperamorem exprimentia, vel literas talia continentis, vel de quibus dubitatur quod tales sint, deferre, eaque scribere, etiam si herus minaretur mortem famulo nisi id faciat. num. 67. 68. 71: Licet aurigis deferre meretrices ab uno ad alium locum, etiam si sciant eas illic ad peccandum petere. Fas est etiam famulis concubinam, jam ex se paratam ire in domum heri, simpliciter comitari, vel etiam curru vehere, dummodo nullum internunciam deferant. Similiter licet famulis domum heri concubinæ aperire, præferre facem, lectum sternere: herum quoque ad domum concubinæ comitari, si etiam non comitante famulo ire paratus sit, nec ex comitatu animosior reddatur. At si herus famulum comitem velit, ut securus, & liberius peccet, & ab invadentibus se defendat; tunc omnino illicitum erit, quia famuli comitatus in tali casu influeret proxime in peccatum domini sui. num. 72. Omnino illicitum est famulo scalam apponere, sustinere humeris herum per fenestram ascendentem, aperire clavi, vel vi januam virginis ad eam stuprandam, vel ad fornicandum cum concubina, etiam instantem metu mortis; quia tales actiones non sunt indifferentes, sed determinatæ ad stuprum, seu fornicationem a domino suo committendam, ideoque intrinsece malæ. n. 73. 75.

67. Licitum est, si adsit iusta causa, vel necessitas mutuum petere ab usurario parato ad exigendas usuras; & sacramenta a ministro parato sacris legem ministrare: secus deficiente iusta causa, vel necessitate; vel si æque bene possit ab alio

CAPUT IV.

De Religione, & vitiiis oppositis.

S. I.

De essentia, & necessitate Religionis, & ejus actibus internis.

69. **R**eligio, seu Latvia est virtus que debitum cultum Deo tribuit, tanquam primo omnium principio. Tract. 21. cap. 9. num. 1. Ejus actus interni sunt: Devotio, & Oratio. Externi sunt: Adoratio, Sacrificium, Oblatio, Decime, Primitivæ, Votum, & Juramentum. num. 2. Devotio est voluntas quædam prompte tradendi se, ad ea que pertinent ad Dei famulatum. num. 5. Nullum est determinatum tempus, quo per se obliget devotio actus. Per accidens vero obligat primo quando quis graviter tentatur de accidia; necnon cum talis actus prærequiritur ad eliciendos actus alterius virtutis, ad quos quis tenetur. num. 7. Oratio est petitio decemium a Deo. Est actus intellectus practici. nu. 8. 9. Dividitur in publicam, & privatam. Publica est, quæ sit a publico Ministro ad id deputato, nomine Ecclesie; privata, quæ sit a persona particulari ut tali. num. 10. Ex natura sua non est necessaria, necessitate mediæ, & salutem; verum attentis decretis dispositionis Providentiæ Divinæ decretibus, aliqua, immo fere omnia auxilia necessaria ad salutem conferre, media Oratione; respectu salutis per illa auxilia obtinendæ est Oratio necessaria, necessitate mediæ. nu. 13. Datur præceptum speciale divinum de Oratione omnes fideles obligans. num. 14. Orationis præceptum per se obligat in instanti usque rationis: in articulo mortis; & saltem semel in anno. Per accidens vero, in casu gravis tentationis; & quando calamitas proximi vel populi adest, quæ solo Orationis præsidio averteunda judicatur. Vix invenitur, qui huic præcepto pluries in anno non satisfaciat. num. 15. Quan-

alio licite ministraturo recipere. Tract. 21. cap. 8. num. 76. Similiter ex iusta causa licet exigere juramentum ab eo qui paratus est, vel quem timeamus falsum juratum. num. 78. Illicitum est inducere aliquem ad jurandum quod ignorat, quamvis alias verum sit quod juratur, etiam si ante juramentum de veritate persuadeatur; & sic jurans graviter peccat. num. 79. Similiter illicitum est inducere ad jurandum id quod falsum esse cognoscit inducens, sed jurans credit esse verum; quia tale juramentum est objective malum, licet jurans ob ignorantiam excusetur. n. 80.

68. Illicitum est invitare ad cenam obligatum ad jejunium, & paratum illud frangere. Nec possunt famuli heris, nec cauponæ hospitibus licite cibos prohibitos ministrare, si eis constet heros, aut hospites non esse a lege exemptos: quod si eis hoc non constat, licite ministrare possunt, quia præsumere debent exemptos esse si petant. Tract. 21. cap. 8. num. 82. Peccant callide ministrantes, Carmelitæ discalcearis, carnes ita artificiose paratas, quod non cognoscantur; quia licet edens ob ignorantiam excusetur non est tamen exemptus a lege. num. 84. Bona spiritualia necessaria ad vitam æternam, ut sunt præcepta Fidei, & Sacramentorum, ac præcepta negativa juris naturalis non sunt dimittenda ob vitandum quodcumque scandalum. Et ideo si domi aliquis mulieris esset parvulus, sine baptismo jam mortuus, tenetur ingredi ad eum baptizandum, et si scandalum inde sequatur. Præcepta affirmativa juris naturalis, & præcepta juris positivi humani tunc sunt omittenda ob vitandum scandalum pusillorum, quando ex omissione præcepti nullum sequitur damnum proximi, vel quando damno imminente præponderant scandala sequenda. At quando ex omissione præcepti oritur grave proximi damnum, et si timeantur scandala, adimplendum est præceptum n. 85. 86. 88.

Quando obligat per accidens, ejus omifio non est peccatum, specie diftinctum ab eo quod fequitur ex illius omiffione. num. 19.

70. Si loquamur de eo a quo implenda est noftra Oratio, folus Deus est orandus, includendo tamen omnes Perfonas SS. Trinitatis, & Jefum Chriflum Dominum noftrum: Si vero loquamur de iis, quorum meritis, & precibus noftra exaudiatur Oratio, fic Angeli, omnes Sancti, & amici Dei pro nobis orare poffunt, & a nobis orari. Juxta communem Dei providentiam, Animæ Purgatorii utpote carentes vifione Dei, fine fpeciali revelatione nequeunt noftras neceffitates, vel Orationes cognofcere; ideoque verius est eas pro nobis orare non poffe, nec debere a nobis orari; nec ipfa Ecclefia unquam ad eas dirigit Orationes. Verum licet per feipfas nobis non impentur, nec in neceffitatibus fubveniant; tamen hæc omnia ab earum Angelis, earumdem benefactoribus fatis efficaciter, & fructuose præftantur. Animæ Purgatorii poffunt pro fe orare, nec non & pro communibus neceffitatibus fui populi. S. Pater nofter Elias ab omnibus orari, & invocari potest; quia licet non fruatur clara vifione Dei gaudet tamen cæteris Beatorum privilegiis, quorum unum est quod fibi manifefcentur Orationes ad eum factæ. Tract. 21. c. 9. num. 20.

71. Vivi pro fe & pro aliis orare poffunt: eorum autem fuffragia non poftulantur orando, fed petimus colloquendo. Tract. 21. cap. 9. num. 49. Religiofi per fe, feu præfice ex vi fui ftatus non tenentur fub mortali ad Orationem mentalem. num. 51. Carmelita, ex vi fuz Regulæ ad Orationem mentalem fub veniali tenentur, effet tamen in magno falutis periculo Carmelita, qui ex inedia, aut torpore Orationis mentalis exercitio non vacaret. n. 53. Continuatio Orationis quam lex præcipit, non est metaphyfica, fed moralis. num. 62. Huic præcepto fatifit, per Orationem vocalem mentali conjunctam; per Orationes jaculatorias; pijs meditationes, Dei præ-

ftentiam, & hujusmodi: item per ftudium Sacræ Scripturæ, Theologice fcholasticæ, & moralis, aliarumque fcientiarum, quæ ad Sacræ Scripturæ, & Theologice intelligentiam conducunt. num. 63. Qui tantum horis a Conftitutione ftatutis orat, præceptum Regulæ non adimplet. n. 64.

72. Pro cunctis vivis orare poffumus; etiam pro inimicis in eorum extrema, aut quali extrema neceffitate orare tenemur; fic & pro quocunque alio. Pro excommunicatis privata fuffragia offerre poffumus, & nomine proprio orare. Tract. 21. cap. 9. num. 66. Pro beatis, vel damnatis non est orandum. n. 67. Pro animabus Purgatorii orare poffumus, & debemus. num. 69. Licet Oratio, fic & quodcunque aliud opus bonum in ratione meriti nequeat animabus Purgatorii applicari; bene tamen in ratione fatifactionis, & impetrationis. nu. 78. Suffragia quæcunque pro defunctis oblata, & ipfum etiam Miffæ Sacrificium non extinguunt infallibiliter totam eorum pœnam, fed hoc pendet ex Dei acceptantis mifericordiam num. 86. Bona temporalia ad confervationem vitæ fimpliciter moraliter neceffaria, ut funt; ftus, victus, veftitus, opes moderatæ &c. poffunt a Deo absolute peti; quæ vero neceffaria non funt, absolute petenda non funt, fed fub conditione quod conducant ad beatitudinem confequendam. n. 102. 104.

S. II.

De adoratione Deo, & Sanctis debita.

73. Adoratio est actus, quo quis alteri fe fubmittit, in fignum excellentiæ, & fuperioritatis ejus. Triplex est: Latriæ, Dulæ, & Hyperdulæ. Adoratio Latriæ est cultus Deo debitus, ob ejus excellentiam increatam. Adoratio Dulæ est cultus debitus Sanctis, ob eorum excellentiam creatam ordinis fupernaturalis, fcilicet Sanctitatis, Gratiæ &c. Adoratio Hyperdulæ est cultus debitus B. V., ob ejus excellentiam in fandiitate, & dignitate fup-

per omnes Sanctorum, & Angelorum choros. Tract. 21. cap. 10. num. 1. Adoratio alia est interna, alia externa; alia absoluta, alia refpectiva. Adoratio interna confiftit in actu interno fubmiffionis; externa vero est manifefatio interioris fubmiffionis, externo corporis geftu. Absoluta est, quæ exhibetur creaturis ex fe capacibus excellentiæ fupernaturalis, nempe creaturis rationalibus: refpectiva est, quæ alicui creaturæ exhibetur, non ob propriam excellentiam, fed ob refpectum ad aliud adoratione dignum; & fic adorantur Cruces, & Sanctorum imagines. num. 2. 3. Datur præceptum divinum, & naturale afirmativum adorandi Deum adoratione, vel interna, vel mixta ex interna & externa, quod obligat per fe in infanti ufus rationis, in articulo mortis, & faltem femel in anno. Datur etiam præceptum negativum non adorandi Deos alienos, quod obligat femper, & pro femper. Præceptum Ecclefiafticum publice adorationis obligat diebus feftis, cui fatifit per devotam Miffæ audientiam. n. 5. 6.

74. Debetur adoratio Latriæ Deo, fingulique Perfonis SS. Trinitatis, & Chrifto Domino, non folum prout Deus, fed etiam ut homo fpecificative fumptus: feu prout hic homo fubfiftens in natura divina, & humana. num. 7. 8. Humanitati vero Chriftri, ut a Verbo abftracte, debetur adoratio Hyperdulæ; & fub illa præfione etiam præfice fic adorari potest. Tract. 21. cap. 10. num. 9. 11. Corpus Chriftri in triduo mortis, & fanguis ejus naturalis in paffione effufus adoranda erant adoratione Latriæ. Debetur etiam adoratio Latriæ SS. Sacramento Euchariftiæ, & etiam carni, & fanguini in Hoftia confecrata, miraculose apparentibus. Hoftia propofita ad adorandum, absolute adoranda est, non vero fub conditione fi confecrata fit: & fufficit quod adorans fit ita affectus, quod fi fciret non effe confecratam non adoraret. num. 12. 13. 14. Crux in qua Chriftus paffus est, & omnia inftrumenta inanimata paffionis ejus, quæ ejus corpus

teigerunt, ut clavi, lancea &c. funt adoranda adoratione Latriæ. Aliæ infuper Cruces factæ ad repræfentandam Chriftri Crucem funt adorandæ adoratione Latriæ; fecus vero Cruces materiales, quæ ex paleis &c. in terra vel alibi accidentiter formantur; iftæ enim nullam veneratiter petunt. Si Crux in qua Chriftus paffus est fumatur præfice a Verbo, non est adoranda adoratione Latriæ, fed Hyperdulæ. Crux in qua Chriftus paffus est, non folum adoratur ut imago Crucifixi, fed etiam ut ejus reliquia; & ideo etiam ejus fruftulum, eadem adoratione adorandum est; fecus dicendum de aliis, quia folum adorantur ut ejus imagines. num. 16. 17. 18. 24. Nomina Jefus, & Maria adoranda funt eadem adoratione, ac eorum fignificata n. 25.

75. Omnes Sancti quos confat ex Sacra Scriptura; vel Ecclefie definitione regnare cum Chrifto, funt aliqua adoratione venerandi; & hoc est de Fide. Adoratio Sanctis omnibus, tam Angelis, quam hominibus debita, non est actus Religionis, feu Latriæ, fed Dulæ. B. Virgini, propter ejus excellentiam fuper omnes Sanctos, & Angelorum choros, tam in dignitate, & quam in Gratia, cæteriſque virtutibus, debetur etiam adoratio excellentior, quæ dicitur Hyperdulæ. Tract. 21. cap. 10. num. 26. 28. 30. Solus Papa potest Sanctos canonizare. Canonizatio est publicum Ecclefie teftimonium, de vera Sanctitate, & gloria alicujus hominis jam defuncti; & fimul iudicium, & fententia, qua illi homini decernuntur honores, qui debentur iis, qui cum Deo feliciter regnant. num. 37. 38. In Sanctorum canonizatione, Summus Pontifex errare non potest, & licet hoc non fit de Fide, oppofitum tamen dicere, est temerarium, impium, fcandalofum, & hærefim fapiens. n. 40. 42. 43.

76. Beatificatio est quadam permiffio, feu conceffio a Summo Pontifice alicui Provincie, vel Religioni indulta, ut poffit aliquem Beatum nominare, deo Officium recitare, & Miffam celebrare. Non tamen est ultimum Ecclefie

judicium de illius gloria, sicut Canonizatio; & ideo non distinguitur essentialiter a Canonizatione, sed tantum secundum magis, & minus perfectum. Tract. 21. cap. 10. num. 46. 47. Beatus potest etiam appellari Sanctus, non tamen utendo hoc nomine ad significandum, cum esse canonizatum. num. 48. Beatus non est exhibendus publicus cultus, qui non sit expresse permixtus in Bulla beatificationis, num. 49. Quare si Pontifex designat locum, vel personas, quibus concedit Officium, vel Missam de Beato, non licet alibi, vel ab aliis de eo celebrare. num. 50. Nequeunt Beati in publicis litanis invocari, aut eorum Reliquiæ in processionibus deferri, vel eis templa dedicari: possunt tamen cum radiis pingi, eisque erigi altare, vel Capella ibique eis statua, vel imago collocari, & corpus exponi. num. 59. 60. 61.

77. Cultus, alius est publicus, alius privatus. Publicus cultus est, non qui coram aliis exhibetur, sed qui nomine totius Ecclesiæ, & tanquam ab ea institutus deservit; ideo si aliquis cultus fiat, etiam a fidelibus totius Civitatis, vel Provinciæ, si non sit auctoritate publica institutus ad colendos sanctos, ut Missa, Officium &c. non dicitur publicus sed privatus. Tract. 21. cap. 10. num. 63. Nullus publicus cultus personis, cum signis sanctitatis decedentibus, nondum canonizatis, aut beatificatis deferri licite potest; bene vero cultus privatus. num. 64. Possunt eorum imagines sine radiis pingi, & non solum in domibus privatis, sed etiam in templis, & in altaribus, etiam inter Canonizatos collocari. num. 69. Licet etiam ad eorum sepulchrum orare, non tamen tabellas, seu vota appendere vel lumina accendere inconsulto Ordinario. num. 71. Licet eos sanctos appellare, sed cum addito: Sanctus vir: Sanctus Pater. num. 73. De his non licet Missam celebrare: altare privatum, aut sacellum eis dedicare: jejunium publicum indicere: aut votum a populo offerri: aut reliquias publice adorandas

exponere, vel in altari collocare. num. 74. Licet tamen esse eorum vestes, capillos, & alias eorum reliquias servare, & venerari in eorum honorem, votum privatum offerre: in die obitus anniversario a servilibus abstinere, & in vigilia jejunare: aliquos psalmos, vel orationes privatas recitare, non tamen de eis Officium facere, vel commemorationem addere. num. 75. 78. Si qui, ante Decretum Urbani VIII., ab immemorabili colebantur cum Missa, & Officio &c. eo cultu privandi non sunt. num. 79.

78. Certum est apud omnes Catholicos licitum esse Sacrarum imaginum usum, etiam Dei Patris, & cuiuslibet Personæ SS. Trinitatis. num. 81. De Fide est Sacras imagines esse adoratione dignas. num. 86. Adorandæ sunt eadem adoratione, ac id quod representant. Tract. 21. c. 10. nu. 91. Per se licitum est apparentes in visionibus imagines Christi, aut Sanctorum absolute adorare, atiamsi dubitetur, an sub illis deliteat Dæmon, vel ipse eas formaverit; dummodo in adorante adsit recta intentio, & affectus; nec in hoc adest erroris, aut idololatriæ periculum. Consulendum tamen est, ne facile præbeat assensus sub illa imagine loquenti, maxime a mulieribus; ideoque illis credendum non est, donec constet a Deo esse. Quamvis in casu dubii, an auctor imaginis sit dæmon, liceat abstinere a veneratione illius; semper tamen illicitum est, illi conviciari, & sannas ostendere. num. 95. & Tract. 20. cap. 6. num. 16. 19. Sacræ imagines vere, proprie, & in se ut quod adorantur. nu. 96. Nomina Sacra, & omnia ad divinum cultum destinata, ut sunt Sacramenta, Calices, Altaria, Sacerdotalia indumenta, &c. adoranda sunt, ut quod eadem adoratione ac Deus, vel Christus. num. 97. Nullum datur præceptum naturale divinum aut Ecclesiasticum de usu, & adoratione Sacrarum imaginum, sed hoc sola communis fidelium consuetudine, quæ habet vim legis introductum est: ex quo usu oritur duplex præceptum: affirmativum

num eas adorandi quando opus sit, vel ad fidem constantiam, vel ad scandalum vitandum; & negativum, eis injuriam non inferendi. n. 98.

79. De Fide est Sandorum Reliquias esse adoratione dignas, sacro honore habendas, & magna reverentia ab omnibus tractandas. Tract. 21. cap. 10. nu. 99. Adorandæ sunt eadem adoratione ac personæ quorum sunt reliquiæ. nu. 100. Ad cultum privatum reliquiarum sufficit certitudo moralis de earum veritate; ad cultum vero publicum requiritur Episcopi approbatio, seu recognitio. num. 103. 104. Licet eas decenter ornatas ad colium suspensas portare, secluso irreverentia periculo. num. 106. Probabilissimum est eum, qui quando furatur, moechatur &c. secum habet reliquias, non committere speciale peccatum contra earum cultum. num. 107. Reliquias ab infidelibus surripere licitum est: eas vero etiam ex devotione ab alio fidei furari, aut de eis aliquid detrahere, est peccatum mortale furti, & sacrilegii, cuius gravitas non mensuratur ex quantitate, sed ex qualitate, & raritate Reliquiæ, & ex contritione ejus a quo auferitur. num. 108. Peccant mortaliter Duces, vel milites in bello iusto, capta Civitate, si Reliquias ab Ecclesiis surripiant. num. 113. Sacras Reliquias extra capsulas positas publicæ venerationi exponere non licet. num. 114. Exponere Sacras Reliquias hac principali intentione, ut elemosinæ augeantur, non est simonia, nec culpa mortalis. num. 115. Simonia est Sacras Reliquias, aut cereas formas (vulgò Anguis Dei) vendere: Possunt tamen vendi, ratione materiæ, & expensarum in eis alportandis, vel orandis; sed non plus quam materia ipsa, vel expensæ æstimantur. Dicitur Agnus pingere, deaurare &c. illicitum est, & sub excommunicatione latæ sententiæ prohibitum. Dicitur cereas formas, & Sacras Reliquias tangere, cum reverentia tamen, etiam laicis licitum est. num. 116. 118.

80. Vasa sacra, vestimenta Sacerdotalia, & aliæ res Sacræ ad Dei cultum

specialiter destinata eadem veneratione venerandæ sunt ac Deus, seu Christus, ac proinde adoratione Latræ. Tract. 21. cap. 10. num. 119. 120. Vestes sacras, & vasa non consecrata reverenter tangere, & contrectare etiam laicis utriusque sexus licet: si vero consecrata sunt, ut Calix, Patena, & Ara, vel immoderate corpus Christi tangant; ut Corporale; si a laicis, secluso contemptu, & irreverentia tangantur, erit veniale: at Calix, in quo est Sanguis, vel Patena, aut Pixis in quibus sit Christi corpus, seclusa gravi necessitate, contingit nequit sine gravi peccato, nisi a Sacerdote, vel Diacono. num. 125. &c. Corporalia, & purificatoria saltem prima vice lavanda sunt a Diacono. 129. Rebus sacris profanos retinent propriam formam, uti ad profanos usus nefas est, & grave peccatum. n. 139. Res sacra, aut vasa consecrata si per fractionem, consecrationem, aut benedictionem amiserint, adhuc in profanos usus converti non debent. Ipsa quoque signa, & saxa Ecclesiæ diruta, in alia Religiosa loca construenda infirmi debent. n. 145. 146. Ut Calix consecratus ad profanos usus converti possit, suppositis aliis requisitis ad alienationem, (de quibus alibi) debet ejus materia igne, aut ferro ita immutari, quod totaliter priorem formam amittat. num. 147. Res profana, mutata forma, ad usus Ecclesiasticos converti possunt: si immutata figura applicentur ad usus Ecclesiasticos, debent prius ab Episcopo, vel alio facultatem habente benedici. num. 148. 149. Regulares privilegiati possunt vestes, & alios pannos profanos in paramenta &c. convertere. num. 150. Hic non agitur de reliquis actibus exterioribus Religionis, nempe de Sacrificiis, Oblationibus, Primitiis, Decimis, Voto, & juramento, quia alibi propriam sedem habent.

§. III.

De Superstitione, & ejus speciebus.

81. Superstitio est vitium Religioni oppositum secundum excessum, in quantum exhibet cultum Divinum, vel cui non debet, vel eo modo quo non debet. Tract. 21. cap. 11. n. 1. Duplex est species superstitionis; nempe superstitione indebiti modi colendi: & superstitione ratione rei cultæ. Prima subdividitur in duplicem aliam speciem, scilicet in eam, per quam exhibetur Deo cultus falsus, seu perniciosus; qui rursus duplex esse potest, nam potest esse falsus, vel ratione rei significatæ, ut si quis coleret Deum ceremoniis judaicis, divinis Officiis turpia miseret, miracula falsa prædicaret; vel ex parte colentis, ut si quis se fingeret sacerdotem, & Missam celebraret &c. quæ omnia ex se sunt semper peccatum mortale: & in eam per quam Deo superfluous cultus exhibetur, ut si quis v. g. tor candelis, & non pluribus, vel aliis ceremoniis ab his quæ Ecclesia statuit, ex consilio oret, vel celebret; hæc autem superstitione est mortale, vel veniale juxta gravitatem materiæ, præcisio contemptu. num. 2. 3. 4. Superstitio ratione rei cultæ, in tres dividitur species, quæ sunt. Idololatria, Divinatio, & vana Observantia. n. 5.

82. Idololatria est cultus divinus exhibitus creature. Tract. 21. cap. 11. num. 9. Est ex genere suo peccatum mortale gravissimum. num. 12. Idololatria alia est cum errore intellectus; alia sine ullo errore; alia exterior tantum, id est sine ullo errore, & sine intentione colendi. num. 13. 14. Quando Idololatria involvit infidelitatem, subjicitur excommunicationi Bullæ cæne; hæc tamen si desit error intellectus, non incurritur pro-fro interno. num. 15. Divinatio late sumpta est quedam prævinctio futurorum, sed prout est species superstitionis, est prævinctio inordinata, seu ope demonis facta, futurorum eventuum. num. 16. 17. Licet demon cogitationes

condium certo scire nequeat; aut futura contingentia, & alia quæ unice dependent ex voluntate Divina, liberoque hominum arbitrio, seu causam certam sui non habeat, prædicere: Multa tamen ex his probabiliter conjectare, & prædicere potest. num. 18. Divinationis superstitionis: duo sunt genera, nam vel est ex pacto expresso cum demone, vel ex pacto tacto. n. 20.

83. Divinatio ex pacto expresso, seu pro expressa demonis invocatione communi nomine appellatur. Necromantia, & dividitur in novem species, quæ sunt: Præsigium, per quod demon variis, & præstigiis, sive illusoriis apparitionibus, seu fictis, & apparentibus figuris, seu corporibus se aspectui, & auditui hominum objicit, perstringendo eorum oculos ad annuncianda futura. 2. Orymancia, quæ est divinatio per somnia.

3. Necromantia, quæ est divinatio per homines mortuos resuscitados. 4. Divinatio per Pythones, cum demon per homines vivos arreptitios futura prævinctat. 5. Geomantia, quæ est divinatio per signa apparentia in corporibus terrestribus inanimatis, ut in ferro, ligno, lapide &c. 6. Hydromantia, per signa apparentia in aqua. 7. Aeromantia, per signa apparentia in aere. 8. Pyromantia, per signa apparentia in igne.

9. Haruspitium, per signa apparentia in visceribus animalium immolatorum inanis demonum. Tract. 21. cap. 11. n. 21. 22. Divinatio, quæ est ex pacto tacto, dividitur in duo genera, quorum primum est cum divinatio queritur ex dispositionibus vanis aliquarum rerum, quæ ad hoc ex se nullam habent virtutem; & dividitur in sex species: 1. est Genethlia, cum ex siderum motu, vel situ inquiruntur hominum nativitates, & eventus: 2. Augurium, cum divinatio queritur ex vocibus avium, & quorumcumque animalium, aut ex hominum sternutatione: 3. Auspicium, cum divinatio queritur ex avium volatu, aut alio quorumcumque animalium motu: 4. Omen, cum ex hominum verbis, aut vocibus præter intentionem

mi-

missis: 5. Chivromantia, cum ex lineis manuum sumitur: 6. Spatulamantia, cum ex signis in spatula alicujus animalis apparentibus. Secundum genus est cum divinatio sumitur ex consideratione eorum, quæ eveniunt ex quibusdam quæ ab hominibus serio fiunt, cujus duæ sunt species: Geomantia, quæ est divinatio ex protractione punctorum: & sortilegium, quod est divinatio ex figuris provenientibus v. gr. ex emissionem taxillorum, liquefactione plumbi &c. num. 23. 24.

84. Hujusmodi species non distinguuntur moraliter specificè, sed tantum physice. Etiam ipsa divinatio, ex pacto expresso, non distinguitur moraliter specificè ab ea, quæ est ex pacto implicito. Tract. 21. cap. 11. num. 25. 27. Circumstantia tamen pacti expressi, seu expressæ invocationis demonis, debet in confessione aperiri, propter peccata eam concomitantia specie diversa. nu. 31. Divinatio sive cum pacto explicito, sive implicito ex natura sua est peccatum mortale; ea tamen quæ est ex pacto implicito excusari potest a mortali, ratione ignorantie, quæ non fit crassa, vel affectata: & insuper quando quis credens omnia illa esse falsa, semel, aut iterum, joci causa, iis mediis ad divinandum utitur. num. 33. Periculosum est pactum de apparendo superstiti post mortem. n. 34.

85. Astrologia duplex est: Naturalis, quæ ex situ, motu, colore, scintillatione, ortu, & occasu planetarum, & astrorum ea, quæ naturaliter eveniunt considerat, ut eclipfes, pluvias, ventos &c. & hæc non est illicita, nec superstitionis, licet ut in plurimum incerta & inutilis: Judicaria altera, quæ ex astrorum cursu, conjunctionibus, & aspectibus futuros eventus fortuitos, & actiones ex libera hominum voluntate pendentes; aut præterita, vel præsentia prorsus occulta prædicat. Hujus quatuor sunt partes: 1. est revolutionum, quæ ex astrorum aspectibus prædicat anni vicissitudines, sterilitatem, abundantiam, morbos, & hujusmodi; sed hæc cum a

naturali parum, vel nihil differat, licet ta est, dummodo hæc non certo prædicat, sed contingenter; aliter erit veniale peccatum ob mendacium: 2. est Nativitarum, seu Genethliaca, quæ prævinctat homini omnia, quæ ei in toto vitæ decursu eventura sunt: 3. Elestionum, quæ prædicat in omni negotio quid utiliter sit agendum, vel omittendum: 4. Imaginum fabricatarum, quæ ex sympathia cum figuris quas in coelis adesse commentuntur, dicunt habere virtutem ad aliquos effectus causandos; Et omnes iste tres partes sunt prorsus ex se male, superstitionis, & illicitæ. Tract. 21. cap. 11. n. 35. &c.

86. Superstitiosum est, & mortaliter peccaminosum casus fortunæ, & futura ex libero hominum arbitrio pendencia prædicere, sive probabiliter, sive etiam conjecturaliter tantum; licitum tamen erit ex astrorum influenza ea in communi conjecturaliter prædicere, v. g. tali anno futura esse bella &c. num. 45. 46. 48. Astrologi nequeunt considerando horoscopum, & nativitates punctum licite prædicere temperamentum, & naturales inclinationes, corporisque proprietates sub certitudine: verum probabiliter id esse tantum peccatum veniale mendacii, secluso alio damno extrinseco, non vero superstitionem. Ea autem probabiliter tantum, vel conjecturaliter prædicere, nullo modo illicitum est. n. 53. Consultare Astrologos ad revelandum delictum occultum non licet. num. 54. Postquam quidem venæ aquæ ex vaporibus de terra mane ascendentibus; & metallis in terræ visceribus, ex quodam herbarum genere illic nasci solito, absque superstitione cognoscit: Thesauri vero, & cadavera sub terra recondita videri, sine ope demonis minime possunt. n. 56.

87. Somniorum duæ sunt cause intrinsecæ, duæ vero extrinsecæ. Prima causa intrinsecæ est animalis, cum scilicet somnia oriuntur ex animæ passionibus; & diurnis cogitationibus: secunda est corporalis, cum somnia ex qualitate humorum in corpore predominantium oriuntur. Prima causa

ex-

extrinseca est corporalis, cum scilicet ex immutatione aeris ambientis, vel ex impressione corporis cœlestis somnia procedunt: Secunda spiritalis, cum scilicet somnia a Deo, vel a diabolo immituntur. Tract. 21. cap. 11. num. 57. 58. Licetum est divina somnia observare, & per ea divinare: immo & peccatum erit eis fidem non præbere, quando certo, aut probabilis constat esse a Deo. Signum autem erit esse a Deo, si honesta sint, nec animum conturbent, sed ad bonum potius inclinent. Si his contraria habeant, signum est esse a diabolo. Somniorum discretio a prudenti Confessario querenda est: eisdemque regulis quibus revelationes, etiam somnia examinanda sunt. In dubio tutius est credere esse a diabolo. num. 60. 61. Naturalium somniorum observatio, ad humorum redundantiam, corporis temperamentum, & similia indaganda, licita est. Futura vero libera, & eventus fortuitos ex eis divinare est peccatum mortale. num. 62. 63. Igitur tali situ, vel modo cabare, ut futura in somnis revelentur: subijcere pulviri bus ægrotorum stateras, instrumenta textoria &c. ut quieto somnum capiant &c. superstitiosum est, & grave peccatum: licet plures ob ignorantiam excusentur. Qui ita somnia observat, ut passim per ea se gubernet, & moveatur ad agendum, etiam si somnia pluries ipso eventu comprobari viderit, non potest a gravi superstitionis peccato excusari. num. 64. 65. Grave peccatum superstitionis committit, qui somnia a demone immixtis fidem præbet, ut occulta revelet, aut scientias acquirat. num. 66.

88. Ex cantu, voce, volatu, motibus avium, aliorumque animalium signis, licet probabiliter prædicere aliquos effectus naturales, ut pluviam, tempestatem, ventos &c. futura vero contingentia, vel libera ex eis divinare, superstitiosum est. Tract. 21. cap. 11. num. 68. 69. Ex verbis humanis casu prolatis, vel ex rebus casu contingentibus, futura contingentia etiam conjecturaliter omina-

ri, vel aliquid prosperum; sive adversum eventurum credere, superstitiosum est. Divinatio ex corporis humani membris quadruplex est; scilicet *Chironomia*, quæ est divinatio ex manuum lineis: *Pedomania* ex pedum lineis: *Metroposcopia* ex totius vultus lineamentis: *Physiognomia* ex totius corporis partibus, atque signis. Harum quælibet dividitur in naturalem, & astrologica: Naturalis ex consideratione prædictorum, probabiliter coniectat temperamentum, inclinationes naturales, valitudinem, ingenium, ad hæc vel illa vitia vel exercitia propensionem &c. Astrologica ex eisdem observationibus futuros eventus fortuitos, tum prosperos tum adversos, & alia ex libero arbitrio pendencia divinatur. num. 70. &c. Physiognomia naturalis, (idem dicendum de aliis tribus) licita est, & laudabilis: Astrologica, etiã probabiliter tantum prænuñciat, superstitiosa, & prohibita est. num. 72. Qui Egyptias ex joco, & absque assensu, & præcisio scandalo de fortuna consuleret, non peccaret mortaliter. num. 78.

89. Etsi sortilegium late sumptum omne divinationis genus comprehendat, proprie tamen stat pro divinatione occultorum, & fortitorum per sortes. Sortes alia sunt divinatorie, per quas queritur quid unicuique contingat: alia consultorie, cum per eas a voluntate Divina queritur quid agendum, quidve cavendum: alia divinatorie, per quas a demone tacite, vel expresse queritur occultorum revelatio, quidve futurum sit. Tract. 21. cap. 11. num. 80. Sortes divinatorie per se licite sunt. Quare his uti licet in divinationibus rerum, ad determinandum cui res indivisibilis sit tradenda: ad dirimendas lites: ad decidendum quis ex pluribus damnatus ad mortem, paribus in culpa, concessa a Principe gratia pro uno, liberandus sit: in distribuendis læcularibus dignitatibus: in electionibus eorum qui ire debent ad missiones, ad assistendum infirmis tempore pestis &c. ad terminandam auctoritate Judicis Ecclesiastici competentis. licet

Item de electione ad Beneficium, vel aliam Ecclesiasticam dignitatem; & a fortiori ad dirimendas lites, circa res temporales Ecclesiasticorum. num. 82. 83. 88. Illicite sunt autem jure Ecclesiastico in electionibus ad Officia, & Beneficia Ecclesiastica: & talis electio, si sit Prælati habentis jurisdictionem, tam in criminalibus, quam in civilibus, est etiam nulla. num. 90. 92. Sortes divinatorie sunt omnino superstitiosæ, & prohibite. num. 93. Sortes consultorie, adhibitis debitis circumstantiis, licite sunt. Iste circumstantie sunt: urgens necessitas spiritalis, vel temporalis; debita reverentia; ne sacris rebus, aut verbis ad temporalia quis utatur; & denique ne sortes adhibeantur ad electiones Ecclesiasticas. Verum quia raro omnes istæ circumstantie concurrunt, raro etiam his sortibus uti hodie licitum est. num. 94. 95. Si prima circumstantia desit, his sortibus uti, erit tentatio Dei: si aliqua alia circumstantia, erit quoddam sacrilegii genus. num. 96. Superstitio est, assumere duellum ad manifestationem veritatis, justitiæ, innocentie, vel pro litis, aut controversiæ decisione. num. 97.

90. Vana observantia superstitio est, qua mediis inutilibus, nec a Deo, vel natura constitutis, aliquis exterior effectus intenditur. Triplex est, nempe *Ars notoria*, *Observantia sanitatum*, & *Observantia futurorum eventuum*. Tract. 21. cap. 11. num. 99. *Ars notoria* est superstitio, qua quis expectat se scientiam adepturum sine labore, & studio per quarundam figurarum inspectionem, *Jejunia*, & similia omnino vana, & inutilia. Est ex genere suo peccatum mortale. Scientia taliter acquisita, dummodo in sui conservatione a diabolo non dependeat, uti licitum est. num. 100. *Observantia sanitatum*, est cum quis aliqua media v. g. ceremonias, orationes, imagines alronomicas, aliave ex se inefficacia, & inutilia adhibet ad morbos curandos, sanguinem sistendum, conservandam vitam, & similia. num. 101. Quapropter supersti-

tiosum est deferre secum amuleta, periamata, brevia, involucra; Reliquias, præces descriptas, & hujusmodi cum certa spe, & confidentia quod sine confessione non morietur: quod ab his, vel illis armis non ledetur &c. Idem dicendum de his qui quasdam figuras alronomicas secum gestant ad varios morbos curandos. Ut evitentur superstitio in gestando imagines, verba sacra, vel Reliquias collo suspensas, hæc observanda sunt: Quod nullam falsitatem contra Sacram Scripturam, Ecclesiæ consuetudinem, & traditiones, nihilque ad invocationem demonis pertinens contineant: Quod non sint ibi ignota nomina exarata: Quod verbis facris aliquæ vana, vel characteres, excepto signo Crucis, minime immisceantur: Quod non ponatur spes in modo ligandi, scribendi &c. Quod ibi non habeatur, quod qui talia portaverit, mortem violentam, aut infirmitatem certo evadet; hanc vel illam dignitatem obtinebit, &c. num. 102. *Observantia futurorum eventuum* est præcognitio rei prosperæ, vel adversæ ex observatione quorundam impertinentium, ut v. gr. si domo egrediens pedem offendit, si calceos induens sternutet &c. Hæc omnia sunt ex se peccatum mortale, nisi bona fides, & ignorantia excusent. nu. 107.

91. *Magia* in communi accepta est ars per quam mira, & insaluta ab hominibus fiunt. Alia est naturalis, alia superstitiosa. *Magia naturalis* est que præcisè applicando causas naturales communiter occultas, mira operatur: Superstitiosa est, per quam homines ope demonis mira operantur. Tract. 21. c. 11. n. 108. *Magia naturalis* est licita, & laudabilis. num. 109. Cognoscitur Magiam esse superstitiosam, si causa ex se effectum nequit naturaliter producere: si adhibeantur ligaturæ, characteres, nomina ignota, vel alia ad rem inutilia: denique si detur adio in distans: vel effectus, breviore tempore, quam natura exigit, habeatur, aut humanam superet industriad. nu. 111. In dubio præsumendum est effectum esse a causa naturali. nu. 112.

92. Datur virtus, qua quidam homines morbo rabiei, nec non vulneribus læthalibus medentur; Hæc tamen non est virtus naturalis, sed gratia gratis data. Tract. 21. c. 11. n. 115. Non omnes qui Saluatoris munere funguntur, talem gratiam habent, sed plerique superstitiosi sunt. Excludendi sunt autem, ut superstitiosi, qui se futura cognoscere dicunt; qui sine læsione laminas ignitas calcant, carbones ardentes manibus contrectant, elibanum accensum subeunt: qui halitu fornacem calefaciunt: qui rabidos, cum vœnenum per totum corpus diffusum est, flatu occidunt: qui habent rotam S. Catharinæ, vel palmam S. Chiteriæ in corpore impressas: qui se invicem agnoscunt, quin unquam viderint: qui efficaciores habent virtutem quam sunt vino madidi: qui in præsentia alterius majorem virtutem habentis, se nihil posse dicunt: qui salutandi munus ab aliis discunt: qui credunt se hanc virtutem habere ex septimo partu masculino, sine interruptione feminei: vel ex eo quod nati sint Fer. 6. Parafceves: qui denique ad curandum certis verbis, vel signis utuntur, sine quibus nihil se posse facere putant. n. 117. 118.

93. Ensalvus nihil aliud est quam quedam Orationes ex certis verborum, præsertim sacrorum formulis ordinate ad morbos & vulnera sananda. Duplex est: invocativus: cum certis verbis sacris oramus Deum ad obtinendam salutem corporalem pro infirmo; vel avertendum a nobis, aut a proximo aliquid nocivum: & constitutus, cum scilicet ex certis verbis componitur oratio, cui attribuitur virtus infallibilis, seu ex opere operato ad sanandum &c. n. 124. Ensalvus constitutus semper est illicitus. num. 125. Etiam invocativus reprobatus est; nam etiam in hoc semper continetur aliquid vanum, vel superstitiosum: & ut in plurimum Ensalvus non nisi Muliercule &c. utuntur. n. 126.

94. Fascinatio est passio oculis innata, & concepta, profecta ex quadam affectione anime maligna ejus qui inueter. Dividitur in vulgarem, physicam seu na-

turalem, & diabolicam. Vulgaris est que ex vulgi opinione oritur credentis solam visionem, invidio animo aspicientis, posse homines fascinare, & maxime infantes, & alias personas teneræ ætatis, & debilis complexionis. Physica, seu naturalis dicitur, quando ex vehementi imaginatione immutatur cor, & ex eo corpus conjunctum, generaturque ex hoc humores putridi, quorum virtus per oculos ad aerem contiguum tranfit, & intra determinatam distantiam inficit eos, ad quos visio terminatur, maxime si sint debilis complexionis. Fascinatio diabolica est perniciofa quedam qualitas Dæmonum arte illata inficiens eos, quos maleficus livide aspexit, ex ejus passio tacito, vel expresso cum Dæmone. Tract. 21. cap. 11. num. 127. Datur de facto virtus naturalis fascinandi, insidens quibusdam spiritibus vœnensis, qui egressi per oculos, os, nares, alioque meatus, aerem proximum, & passum inficiunt: Verum hæc non est proprie fascinatio, sed infectio, vel contagium. Fascinatio vulgaris est prorsus chimerica, & impossibilis, ejusque remedia ut superstitiosa reprobanda sunt. num. 130. 135. Superstitiosum est, & grave peccatum offerre fascinatos quibusdam vetulabibus benedicendos: similiter appendere ad collum puerorum lunulas argenteas, oscilla, & similia ad fascinationem sanandam, vel arcendam. num. 136. Plerumque homines fascinantur dæmoniaca fascinatione. num. 137. Habens vim naturalem fascinandi mortaliter peccat contra charitatem, & justitiam, nisi durante tali infectione, quantum fieri potest ab hominum consortio, & aspectu abstineat. num. 138.

95. Ad Magiam superstitiosam pertinet Maleficium, quod est Magia, qua quis dæmonis ope, alteri damnum inferi. Duplex est: Vœnicium, quo utuntur malefici ad nocendum hominibus, animalibus, vel plantis: & Amatorum, quo utuntur ad libidinofum amorem excitandum, vel odium eorum quos amare debemus, Tract. 21. cap. 11. num.

139. Remedia contra maleficia sunt: Oratio, sacramentorum frequentia, sacramentalia, carnis mortificatio, Crucis signum, Agnus Dei &c. num. 143. 144. sunt etiam quedam naturalia remedia ad tollendas pravas dispositiones, quibus mediantibus diabolus vexat, ut Ruta &c. omnia vero alia vana, & impertinentia, ut superstitiosa reprobanda sunt. Cæterum quia naturalia fere nunquam juvant; & spiritualia pluries effectum non habent; Hæc infirmitas ut incurabilis reputatur, donec maleficium auferatur. num. 145. Sive maleficus sit paratus, sive non, nunquam licet ab eo petere ut maleficium novo maleficio auferat. num. 147. Solum auctoritate Dei, & Ecclesiæ per exorcismos licet cogere dæmonem ut maleficium dissolvat. num. 149. Licet petere a malefico, & minis eum cogere, ut modo licito sibi cognito maleficium dissolvat: secus si constet eum talem modum licitum nescire, vel dubitetur an sciat. Illicitum est etiam permittere maleficium applicare tibi aliquid vanum, & superstitiosum, etsi postulareris ut medio licito maleficium auferat. nu. 151. 152. Verius est licitum esse petere absolute a malefico, ut maleficium dissolvat, quando tibi constat eum scire media licita, quamvis moraliter certus sis illicitis mediis usurum. n. 154.

96. Tenetur maleficii signum destrueri qui illius conscius est. Tract. 21. c. 11. num. 156. Licitum est per se loquendo ponere alia signa licita, vel indifferentia, quibus destruitur dæmonis pactum: v.g. erat pactum Malefici, ut dæmon noceret Petro quousque discederet a tali loco; licet ei discedere, non eo animo ut mediante discessu salus a dæmone expectetur, sed ut maleficii signum tollatur. num. 161. Si perfesse de pacto cum dæmone inito peniteat, & qua quis apud se signa pacti habet, destruat, sufficit ut gratiam consequatur, licet Chirographum proprio sanguine scriptum non recuperet. num. 162. Licet uti per maleficium acquisitis, si in se bona sint, neque in sui

conservatione a dæmone dependeat, ut sunt pecunie, salus, scientia, &c. nu. 163. Licitum est inquirere ab alio malefico, in quo maleficium consistat; ut cognito signo destrui possit: non tamen licet inducere eum ad id per suam artem investigandum, si ignorat. Quod si reuatur, vel hæset indicare, signum est licite sciri non posse, in quo consistat, ut quomodo dissolvi possit. nu. 164. Malefici a Confessariis interrogari debent: an crederent dæmonem esse Deum: an eum adoraverint: an rebus sacris ad maleficium usi fuerint: an per maleficium aliquid damnnum intulerint: an habeant libros, vel instrumenta hujus diabolicæ artis; quia in primo casu datur hæresis; in secundo Idololatria, in tertio Sacriligium; in quarto injuria; in quinto obligatio ea comburendi, vel tradendi Confessario. n. 165.

97. Striges vere de loco ad locum brevissimo tempore asportantur; in proprio corpore, realiterque dæmonum conventiculis interfunt, & ibi tripudiantur &c. aliquando tamen hæc mere phantastica sunt. Tract. 21. cap. 11. nu. 171. 172. Earum transformatio in feles &c. phantastica est, & apparens, non vero realis. Introductio eorum in domos clausas non fit per penetrationem, sed aliis modis dæmoni possibilibus. num. 175. Malefici, & Sagæ in suis nocturnis conventibus inter plura nefanda, que committunt, etiam dæmonibus succubis, & incubis respective commiscuntur. nu. 179. Dæmon in corpore assumpto, verum semen formare non potest, sed filium emittit: quod si Saga ad concipiendum apta prolem exoptet, tunc dæmon verum semen proficiunt ab homine in actu carnali decimum assumit, & in sua virtute optime conservatum in Sagæ matricem infundit; & ex hoc congressu prolem generare posse minime dubitandum est. num. 284. Curatio Lauri in die S. Marci, quibusdam in locis consueta illicita est & superstitiosa. nu. 195. Probabilius est quod sanguinis emissio ab occis cadavere in præsentia occisoris non sit naturalis, sed vel calualis,

is, vel arte dæmonis facta. 198. Magi, Malefici, Sortilegi &c. præter alias penas in iure statutas, incurrunt ipso facto excommunicationem; quod si hæresis, vel Apostasie crimen superaddatur, incurrunt excommunicationem Bullæ cœnæ. n. 201. 203.

S. IV.

De Irreligiositate, & ejus speciebus.

98. Post ea quæ opponuntur Religioni per excessum, sequuntur ea quæ eidem directe, & immediate per defectum opponuntur, quorum genus est Irreligiositas. Hujus quatuor sunt species: Tentatio Dei, Perjurium, Sacrilegium, & Simonia. Duæ primæ directe violent reverentiam Deo debitam; reliquæ reverentiam debitam rebus sacris. Proæm. Tentatio Dei est inordinatum experimentum, seu probatio alicujus divinæ perfectionis verbis, aut factis. Tract. 21. cap. 12. num. 1. Duplex est: expressa, & interpretativa. Expressa est, quando quis dictis, vel factis intendit de Deo experimentum capere; interpretativa, quando quis estis expresse non dubitet de Dei perfectionibus, nec intendat experimentum sumere, id tamen agit, vel dicit, quod ad nihil aliud ordinabile videtur, nisi ad experimentum capiendum. num. 2. Ex se est peccatum mortale, nec admittit parvitatem materiæ: quod si procedat ex dubitatione, involuit etiam hæresim. num. 3. 4. Tentatio Dei est, se purgare a crimine objecto, per probationem ferri candentis, vel aquæ ferventis, vel per duellum. Similiter ad hæreticorum conversionem; miracula absolute petere, vel se consecraturum offerre. Si tamen aliquando daretur firmissima spes conversionis, licite a Deo sub conditione si ei placet, peti possent. Similiter tentatio Dei est, sine justa causa se periculo mortis, vel mutilationis offerre. num. 5. Tentatio Dei expressa non distinguitur specie ab interpretativa. num. 10. De perjurio agitur in tract. sequenti.

99. Sacrilegium est rei sacræ violatio: Tract. 21. cap. 12. num. 13. Dividitur in tres species infimas, videlicet, in sacrilegium contra personam sacram; contra locum sacrum; & contra res sacras. num. 14. 18. De sacrilegio in materia luxuriæ quoad prædictas tres species, videantur dicta tract. 6. num. 34. &c. Præterea ad speciem sacrilegii contra personam sacram, spectat injectio manuum violenta in Clericum vel Monachum, de qua agendum est tract. 16. num. 63. Pertractio quoque Ecclesiasticorum ad judicem sæcularem, & exactio vestigalium ab eisdem per sæcularem Principem facta. num. 21. De quibus agitur tract. 12. num. 43. &c. Violatio insuper cujuscumque voti: Fornicatio cum filia spirituali extra occasionem confessionis, vel cum persona, spirituali cognitione conjuncta. num. 22. 23. Ad sacrilegium contra locum sacrum pertinent omnia, quæ immunitatem violant loco sacro debitam, vel ejus sanctitatem pollunt: quapropter sacrilegii crimen committit. Primo. Qui ab Ecclesia etiam diruta, aut interdicta, vel polluta, ab ejus cæmeteriis, atriis, Claustro, dormitorio, ambitu, ab Ecclesia tamen non discontinuato; ab Hospitalibus, & Oratoriis auctoritate Episcopi erectis, & ab eorundem Episcoporum palatiis; & denique a Regularium Ecclesiis, & domibus secundum totum ambitum interiorum, & exteriorum, si muro, competentique clausura septus sit, & prout late declarabitur tract. 11. num. 63. aliquem hominem violentè extrahit. Secundo. Qui loca sacra frangit, destruit, incendit, expoliat. Tertio. Qui Ecclesiam polluit aliquo ex quinque modis asserentis tract. 13. num. 53. 54. Sed advertendum quod licet ut Ecclesia censetur polluta, requiratur notorietas facti: committitur tamen sacrilegium per talia crimina, quamvis occulta sint. Quarto. Qui in Ecclesia mercatus, deambulationes, sæcularia concilia exercet, aut comestiones. Verum si comestiones, & deambulationes fiant ob plurius, ætus, aut frigoris rigorem, aut

ob aliam justam causam, dummodo a clamoribus, & crapula ablineatur; immo etiam abque causa, si absit scandalum, nullum peccatum erit. nu. 25. quinto. Qui in Ecclesia turpes ludos exercent, sæda colloquia habent, vel scænas gerunt. num. 26. sexto. Qui furtum etiam rei non sacræ, nec in custodiam, aut pignus Ecclesiæ traditæ in Ecclesia committit. num. 27. Tandem sacrilegii reus est, qui extra locum sacrum existens voluntatem habet mæchandi &c. in loco sacro. nu. 28. Sunt etiam quædam actiones ita indecentes, & oppositæ sanctitati loci, quod ex se sacrilegiæ censentur: ut si quis in Ecclesiam sues, vel jumenta induceret sicut in stabulum; stercorea, vel immundities congereret; verenda ibi mulieribus ostenderet, & hujusmodi. Tract. 24. disp. 8. num. 148.

100. Sacrilegium contra res sacras committit. Primo. Qui sacramenta irreverenter tractat, ea in statu peccati mortalis recipiendo, vel ministrando: ea proficiendo vel conculcando, iis abutendo, vel ea nullitatis periculo exponendo. nu. 30. Sacramentale sigillum violando; aut quemcumque ad quodlibet sacramentum accedentem, ad turpia, vel ad quæcumque alia peccata sollicitando. Tract. 24. disp. 9. nu. 92. Tract. 21. cap. 12. num. 23. Secundo. Qui vasa sacra, aut vestes sacras, imagines sacras, aut Sanctorum Reliquias irreverenter tractat; utendo v.g. calice sacro ad bibendum; vestes sacras scindendo, aut ex eis thoracem sibi, vel caligas conficiendo; sacras imagines inhoneste pingendo, proficiendo, conculcando &c. & sic de Sacris Reliquiis. n. 32. Tertio. Qui verbis Sacræ Scripturæ abutitur, ad mendacia contra Fidem stabilienda, vel ad factias, amatoria, turpia &c. Quarto. Qui decimas, & bona Ecclesiæ invadit, & retinet. num. 34. Quinto. Sacrilegii reus esset, qui actum exerceret specialiter oppositum temporali sacro; ut si quis in hebdomada sancta comedias exhiberet; in die Parasceves scortum publice circumdu-

ceret; statim post communionem fornicaret, aut se pollueret. Tract. 24. disp. 8. num. 174. Est etiam sacrilegii reus quicumque abutitur rebus sacris ad maleficia &c. Tract. 21. cap. 11. num. 165. Diebus festivis operibus servilibus vacare, Missam non audire, aliæ peccata committere, sacrilegium non est. Tract. 21. c. 12. n. 36.

101. Sacrilegium ex genere suo est peccatum mortale; potest tamen esse veniale ex parvitate materiæ; ut si quis, seculo formali contemptu, clericum leviter percutiat, vel materiam levem in loco sacro furetur. Secus dicendum de iis, in quibus tota ratio reverentiæ in qualibet parva materia salvatur: ut si quis imponat clericum leve tributum, vel eum brevi tempore in carcere detineat; quia in his sacrilegii gravitas non desumitur ex materia, led ex jurisdictione; quæ etiam in parva materiâ tota usurpatur. Tract. 21. cap. 12. num. 37. Sacrilegii peccatum potest esse commissio, ut si quis clericum percutiat: vel omissionis, ut si quis nollet adorare Eucharistiam, dum elevatur in Missa. Probabilis est non recipientem sacramenta tempore præscripto, non committere sacrilegium. num. 38. Ultra penas temporales, quæ non obligant ante iudicis sententiam, datur pro aliquibus sacrilegiis excommunicatio lata sententiæ. Nam in Bulla cænæ excommunicantur violentiores Ecclesiasticæ immunitatis, qui Ecclesiasticis tributa imponunt, vel eos ad Tribunalia sæcularia trahunt, vel bona Ecclesiastica usurpant. Item sacrilegas manus in clericum, vel monachum injicientes. In can. Si quis &c. Item expoliantes res sacras; Ecclesiasticas effringendo. In cap. Conquesti. 22. De sent. excom. Dantur insuper aliæ penas arbitrariæ pro qualitate delicti. Hoc delictum est mixti fori. num. 39. 40. 41. Hic aq̄ solet de Ecclesiastica immunitate: led de hac erit nobis sermo Tract. 12. c. 2. §. 1. De simonia, five pertineat ad tertiam speciem sacrilegii, ut innuitur. tract. 19. cap. 1. n. 1. five sit species irreligiositatis contradistincta a Sacile-

crilegio, ut in hujus s. initio dictum est; in sequenti capite propter materiz singularitatem, & prolixitatem, seorsim agetur.

CAPUT V.

De Simonia.

§. I.

De essentia, & multiplicitate simonie.

102. **S**imoniam ex D. Th. 2. 2. quæst. 100. art. 1. Est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituum annexum. Vel ut tradit Lexana: Est sacrilegium consistens in studiosa voluntate emendi, vel vendendi rem sacram, sive spirituales, vel spirituum annexam pro temporalibus. Tract. 19. cap. 1. num. 1. Simonia est ex genere suo peccatum mortale, nec potest esse veniale ex parvitate materiz. Alia est ex jure divino, & naturali, quæ committitur emptione, & venditione rei spiritualis. Alia ex jure Ecclesiastico tantum, ut permutatio, & resignatio Beneficiorum; & in hac potest Summus Pontifex secum, & cum aliis, etiam sine iusta causa valide dispensare. Hinc sequitur quod simoniace contrahens cum Papa non incurrit penas Ecclesiastico jure latas; nam Pontifex tunc dispensare censetur. num. 7. 8. 9. Dicitur simonia in mentalem, conventionalem, & realem. Mentalis est, quæ consistit vel in nudo proposito dandi, aut recipiendi spirituale pro temporalibus; vel in actione externa facta animo simoniaco, non tamen ex se, vel ex adjunctis circumstantiis explicato. Conventionalis est quæ supponit mentalem, & addit pactum, vel conventionem externam tacitam, vel expressam, ex neutra tamen parte, vel saltem non ex utraque secuto effectu. Realis supponit mentalem, & conventionalem, & addit traditionem realem ex parte utriusque,

sive pecunia soluta, sive credita. num. 16. 18. Datur etiam simonia fida, cum quis promittit pretium pro re spirituali, absque intentione dandi; & hæc non est vere, & formaliter simonia; nec ullam penam pro foro interno talis incurrit, committit tamen peccatum gravissimum. n. 19.

103. Sub nomine emptionis & venditionis veniunt omnes contractus onerosi quicumque illi sint, sive perfecti: sive imperfecti: sive expliciti, & formales, sive impliciti, & virtuales, aut æquivalentes. Et insuper omnes contractus gratuiti, & liberales; quia licet speculative loquendo, hi forte simoniaci non sint; in praxi tamen etiam illi ut simoniaci reputantur, & a Summis Pontificibus reprobantur. Quare sive res temporalis detur ut pretium, sive solum tanquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale: sive ita quod sit finis rei spiritualis, sic ut pluris æstimetur quam res spiritualis: sive ut sit gratuita compensatio pro re spirituali: aut etiam si res temporalis detur, non pro collatione Beneficii, sed pro emolumento temporali non debito, simonia est: quia generaliter loquendo ut dicit D. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 2. ad 5. *Simonia est per pecuniam parare sibi viam ad rem spirituales obtinendam.* Tract. 19. cap. 1. num. 3. 6. 52. Vid. prop. 22. damn. ab Alex. VII. & 45. 46. damn. ab Innoc. XI. Ex quibus patet quod simonia est, rem spirituales dare eo pacto, & conventionem quod alter ex gratitudine teneatur hoc vel illud munus concedere, vel contra: tali enim pacto, & conventionem novum onus imponitur accipienti, quia antidotalis obligationi, superadditur obligatio fidelitatis: quod si in genere, vel in specie determinetur materia, in qua recipiens gratius esse debeat, aliud onus imponitur; obligatio enim antidotalis coarctanda non est ad rem spirituales, & multo minus ad talem rem v. g. Beneficium conferendum. num. 67.

104. Etiam præcio prædicto pacto, vel conventionem de obligationis antidotalis ad-

impletionem; si recipiens, verbis generalibus exprimat, se non futurum ingratum, revera tamen rem temporalem spiritualem compensare intendat, vel et contra, simonia est. Tract. 19. cap. 1. num. 6. Quoties donum aliquod datur, intuitu principali recipiendi pro eo rem spirituales, vel et contra, committitur simonia, quia dari censetur ut pretium, vel compensatio, & consequenter datur virtualis contractus emptioni æquivalentis: hæc autem prava intentio semper præsumitur adesse, quando deest iustus titulus stipendii, seu sustentationis ministris: redemptionis injustæ vexationis: laboris extraordinarii: honestæ amicitiz, vel consanguinitatis, ob quem illud munus licite accipi possit. num. 29. 57. In foro externo munus non gratis dari præsumitur: si largitor sit plebeus; modice fortunæ; non liberalis; non timorata conscientia; si munus non fuit moderatum, & personæ conveniens; & maxime si fuit numerata pecunia; si ante rei spiritualis collationem, vel immediate post: & consequenter in his casibus simoniace datum censetur. num. 58.

105. Si dans rem temporalem principaliter non intendat consecutionem rei spiritualis, sed tantum de secundario, minus principaliter, & quasi per accidens; etiam si spes consequendi spirituale sit causâ impulsiva, & excitativa ad dandum temporalem rem, ita ut ex illo solo principali motivo minime daretur, nisi spes consequendi spirituale, dantem impelleret, non committitur simonia: sic dicendum de conferente v. g. Beneficium cum intentione sed minus principali consequendi aliquid temporale. Tract. 19. cap. 1. num. 60. Clericus qui sine convenienti stipendio, aut gratis inservit Episcopo, ut loco stipendii ei conferat Beneficium, simoniacus est: si vero inserviat, ut Episcopus certior fiat de ejus talento, doctrina, & aliis qualitatibus, quarum intuitu postea facilius eum promoveat, simonia non erit. num. 3. Quando ex titulo aliquo justitiæ, exhibito rei spiritualis debetur pro mune-

re temporali, vel et contra, non erit simonia de hoc pacifici etiam pacto, & conventionem obligatoria ex justitia: ut quando res temporalis datur ut stipendium ad sustentationem ministris. num. 68.

§. II.

De iis, quæ rationem pretii habere possunt, in materia simonie.

106. Quamvis nomine muneris donum gratuitum communiter accipitur: in materia tamen simonie ea omnia intelliguntur, quæ pecunia mensurari, & rationem pretii habere possunt. Munus in hoc sensu figuratum triplex est: nempe munus a manu, munus ab obsequio, munus a lingua. Munus a manu primo loco, & principaliter est pecunia sive numerata, sive promissa, quæ si detur collatori Beneficii, Electori, vel Patrono pro presentatione, electione, vel collatione, aut cuilibet alteri pro re spirituali obtinenda, sive in magna, sive in parva quantitate, committitur simonia: sicut etiam si detur quælibet alia res temporalis præcio æstimabilis: aut si remittatur debitum presens, vel futurum aut debiti solutio fiat Tract. 19. cap. 1. num. 22. 23. 24. Inter munera a manu, etiam mutuum computatur, nu. 36. Ob consanguinitatem, vel afinitatem Beneficium conferre simonia non est: erit tamen peccatum contra justitiam, consanguineos, vel affines præferre dignioribus. Si supposita dignitate subiecti, collator principaliter attendat ad consanguinitatem, vel afinitatem, venialiter tantum peccat propter inordinationem in providendo de spiritualibus. Esset autem, simonia, si beneficium alicui conferret ea conditione, ut ex redditibus aleret Episcopi consanguineos. num. 37. 38. Inter munera a manu computatur etiam pensio sibi, vel alteri solvenda num. 39.

107. Munus ab obsequio dicitur quodcumque hominis opus, quod ad usus, & commoditates alicujus ordinatur: sive sit obsequium, sive cau-

sa